Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

# Pharmacorum omnium, quae quidem in usu sunt, conficiendorum ratio. : Vulgo vocant dispensatorium pharmacopolarum, Ex omni genere bonorum authorum, cum veterum tum recentium collectum, & scholiis utilissimis illustratum, in quibus obiter, plurium simpliciu[m], hactenus non cognitoru[m], vera noticia traditur.

https://hdl.handle.net/1874/428609

ra

l.

# Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell

## Huybert van Buchell (1513-1599)

Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:
http://repertorium.library.uu.nl/node/2732

Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:

- de rug van het boek
- de kopsnede
- de frontsnede
- de staartsnede
- het achterplat

# This book is part of the Van Buchell Collection

## Huybert van Buchell (1513-1599)

More information on this collection is available at:
http://repertorium.library.uu.nl/node/2732

Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:

- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board

Rarior
S. fol
4
552

S. fo.
552 4.
(rariora)

S. fol. 552
4

# PHARMACORVM OMNIVM, QVÆ QVIDEM IN uſu ſunt, conficiendorum ratio.

Vulgo uocant

# DISPENSATORIVM PHARMACOPOLARVM,

Ex omni genere bonorum authorum, cum ueterum tum recentium collectum, & ſcholijs utiliſsimis illuſtratum, in quibus obiter, plurium ſimpliciũ, hactenus non cognitorũ, uera noticia traditur.

Authore

VALERIO CORDO.

ITEM

De collectione, repoſitione, & duratione ſimplicium.
De adulterationibus quorundam ſimplicium.
Simplici aliquo abſolute ſcripto, quid ſit accipiendum.
ἀντιβαλλόμενα, id eſt, Succedanea, ſiue Quid pro Quo.
Qualem uirum Pharmacopolam eſſe conueniat.

Cum Indice copioſo.

Norimbergæ apud
Ioh. Petreium.

# TITVLI
huius libri.

Confectiones Aromaticæ. col. 1
Confectiones Opiatæ. 41
Condita. 86
Conſeruæ. 87
Lenitiua & Solutiua. 90
Pilulæ. 117
Sirupi. 141
Rob. 168
Lohoch. 170
Trochiſci 173
Emplaſtra. 190
Cærota. 199
Vnguenta. 200
Olea. 220
Præparationes quorundam ſimplicium. 242
De Collectione, Repoſitione, & Duratione ſimplicium ex Iacobo Syluio. 250
De Adulterationibus ſimplicium medicamentorum cognoſcendis. 255
De ſimplici aliquo abſolute ſcripto, quid accipiendum. 260
De ſuccedaneis & Antiballomenis, ſcilicet Quid pro Quo, in penuria rerum ſumendum ſit. 204
Item Qualem uirum Pharmacopæon eſſe conueniat. 271

# PRÆFATIO
## AD LECTOREM.

CVm Valerius Cordus, Euritij illius celeberrimi Medici filius, ſtudiorum gratia Italiam petiturus, obiter ad urbem noſtrã Norimbergam perueniſſet, atq́ cum doctis quibuſdam, ac bonis uiris, præcipue Medicis, mutuam notitiam, amicitiam, familiaritatéq́ ſtudioſe contraheret, inter cætera, quæ de bonis literis, atq́ re Medica, ultro citróq́ inter eos familiariter, ut fieri ſolet, agitata ſunt, mentio incidit Diſpenſatorij, quod ipſe, ex omni genere bonorum authorum, quum ueterum tum recentium, de Pharmacorum omnium, quatenus in uſu ſunt, conficiendorum ratione collectum, diligenter & emendatiſsime conſcripſerat. Cumq́ conſtaret, illud iam antea in aliquot Saxoniæ urbibus, præcipuis Medicis approbantibus, in uſum publicum fuiſſe receptum, interimq́ tamen ab eo & locupletatum, & annotationibus eruditis, magis atq́ magis illuſtratũ, rogatus fuit à compluribus, ut illud ipſum etiam noſtris Pharmacopolis impertiret. Cordus autem, & ſi ad iuuandum rem Medicam iam tum mirifice eſſet accenſus, pro ſua tamen modeſtia, atq́ prudentia, non nihil ſubuerebatur, priuatam ſuam authoritatem ad Pharmacopolas permouendos, ponderis haud quaquam ſatis eſſe habituram. Itaq́ librum ſuũ Senatui potius offert, tum demum in uſum publicum aſſumendum, cum eſſet illius iudicio & authoritate cõprobatus. Senatus uero, pro ſua in ſtudioſos omnes propenſione, ac reipublicæ omni ex parte iuuandæ diligentia ac ſolicitudine, officium illud Cordi perquàm gratum habuit, librumq́ collegio Medicorum, Cordo præſente perlegendũ & examinandum tradidit, ut ſi quid mutandum, adijciendumúe arbitraturi eſſent, id authore non modo ſciente, uerum etiam conſentiente fieri poſſet. Quod cum ſedulo ac magna diligentia factũ eſſet, Senatusq́ ex Medicorum cenſura iam intellexiſſet, nihil hactenus abſolutius, aut emendatius, in hoc deſcriptionum genere typis inuulgatum eſſe, librum non ſolum in publicum edendum, uerum etiam

Pharmacopolis,ut eum ueluti lumen quoddam deinceps ſequantur,offerendum eſſe decreuit. Cuius quidem editioni, hac quoq; de cauſa ſtudioſius inuigilatum eſt, ut authore interim in Italia, dum ad metam ſtudiorum ſuorum quàm acerrime contendit,immatura morte ſublato, aliquid tamen illius extaret,quod ingenium eius,& induſtriam poſteritati teſtaretur,eumq; ab obliuione uindicaret.Hoc igitur Valerij Cordi,candidiſsimi,& diligentiſſimi iuuenis monimentum qualecunq;, certe non pœnitendum, ſtudioſe lector,obuijs ulnis amplectere, & ſi quid ex eo iuuaberis, (iuuaberis autem,niſi fallor, quàm plurimum) Ampliſsimo Norimbergenſi Senatui, cuius liberalitate tibi communicatur,gratias habe.Sin autem aliquid in eo diſplicuerit, ne Authorem mortuum inhumaniter calumnijs impete, ſed abſolutiore opere in publicum edendo illum uincere,& nomen eius obſcurare contende. Et bene uale.

# INDEX
## COMPOSITORVM medicamentorum ſecundũ ordinem Alphabeti.


A.

ACaciæ ſuccedanea 249
Adipum præparatio 247
Agaricus Trochiſcatus 148
Aloes præparatio 242
Aromaticũ Charyophyllatum 1
Aromaticum Roſatum 2
Aurea Alexandrina 51

B.

BEnedicta laxatiua 105

C.

CAſsia extracta ſine folijs Senę 91
Caſsia extracta cũ folijs Senę 92
Caſsia extracta pro clyſteribus 92
Catharticum imperiale 114
Cerotum infrigidans Gale: 199
Cerotum Santalinum 199
Cerotum ſtomachale 200
Confectio liberantis 30
Confectio Cordialis 31
Confectio Hamech maior 101
Confectio Hamech minor 102
Condita uaria 86
Conſeruæ 87
Confectio Anacardina 50
Colocynthidis præparatio 245

D.

DIaniſu Meſuæ 3
Diambra 3
Diathamaron 4
Diacalaminthon 6
Diacalaminthon Gal: 7
Diacyminu 7
Diacinamomu 8
Dianthus 9
Diamargariton Frigidum 9
Diamargariton Calidum 10
Diamoſchu dulce 11
Diamoſchu amarum 11
Diagalanga 12
Diapenidion 13
Diaireos Salomonis 14
Diaireos ſimplex 14
Diatragacanthu Frigidum 14
Diatragacanthu Calidum 15
Diahyſſopu 16
Diacoſtu 16
Diarhodon abbatis 17
Dialacca maior 18
Dia curcuma maior 19
Diapraſsiu 20
Diatrion Santalon 23
Diaxylo aloes 24
Diatrion pipereon 25
Dia zingiber 25
Diacorum 38
Dialibanu 41
Diacodion Meſuæ 54
Diacodion Actuarij 55
Dia caſtoriu 56
Diaſatyriu Nicolai 60
Diaſatyriu Meſuæ 61
Diacitonium ſimplex 87
Diacitonium compoſitum 88
Diacitonium è ſucco Citoniorũ 89
Diacaſsia cum manna 91
Diaprunum compoſitum 96
Diaprunũ compoſitũ laxatiuũ 98
Diacatholicon 99
Diaphœnicon 103
Diaphœnicon in forma ſolida 104
Diaſena 104
Diaturbith cum rhabarbaro 108
Diaturbith maius 109
Diaturbith minus 109
Diacarthamu 109
Diamoron 169
Diamoron Valerij Cordi 169
Doſis Sacchari ad conſeruas 87
Doſis ſpecierũ ad lib. unam Sacchari in confectionibus ſolidis 1


Alephangine pillule 117
27 aromatici

Doſis ſpecierũ ad lib. unam mellis. 41

E.

Electuarium Ducis 26
Electuarium de gemmis 27
Electuarium Iuſtinum 29
Electuarium læticiæ Galeni 32
Electuarium lætificans Raſis 32
Electuarium pliri ſarcoticon 34
Electuarium diapæonias 37
Electuarium reſumptiuum 37
Electuarium de baccis Lauri 59
Electuarium lenitiuum 39
Electuarium lenitiuũ de Manna 93
Electuarium de Sebeſte 94
Electuarium Indum maius 100
Electuarium Indum minus 101
Electuarium Eleſcoph 106
Electuarium de Pſyllio 106
Electuarium roſatum Meſuæ 107
Electuarium de ſucco roſarum in forma ſolida 108
Emplaſtrũ Diachylon ſimplex 197
Emplaſtrũ Diachylon cõpoſitũ 190
Emplaſtrũ Diachylon magnũ 191
Emplaſtrum Diachylon paruũ 192
Emplaſtrum de Meliloto 192
Emplaſtrum Triapharmacum 194
Emplaſtrum Oxycroceum 194
Emplaſtrum Apoſtolicon 195
Emplaſtrum Apoſtolicon aliud 196
Emplaſtrum album coctum 197
Emplaſtrum Griſeum 197
Emplaſtrum uiride 197
Emplaſtrũ Baſilicũ magnũ 198
Emplaſtrum de cruſta panis 198
Emplaſtrum de baccis Lauri 198
Epatis lupini præparatio 247
Eſdræ Antidotus Aetij 82
Eſdræ Antidotus Actuarij 85
Eſulæ præparatio 246

F.

Flores Caſſiæ fiſtulæ ſolutiuæ 90

G.

Gerſam faciendi modus 246

H.

Hiera picra ſimplex 110
Hiera picra compoſita 111
Hiera logodium 111
Hiera Pachij 113
Hiera picra Raſis ad pilulas cochias 123
Hiera picra cum Agarico 111

I.

Infuſio Roſarum 148
Infuſio uiolarum 148
Iuleb roſatum 164
Iuleb uiolatum 164

L.

Laccæ ablutio 243
Lithontribon 35
Lohoch ſanum & expertum 170
Lohoch de Pino 170
Lohoch de Papauere 171
Lohoch de Scylla 172
Lohoch de pulmone uulpis 172
Lohoch ad aſthma 173

M.

Manus Chriſti perlata 15
Medulla prunorũ acetoſorũ 95
Medulla Ceraſorum 98
Mel roſatum 165
Mel Anacardinum 167
Mel Emblicorum 167
Mel paſſularum 167
Medullarum præparatio 248
Mezerei præparatio 245
Michleta 59
Mithridatium Damocratis 76
Mithridatium ex Cleopatro & Antipatro 79
Mithridatium Andromachi 81
Miua Cydoniorũ ſimplex 164
Miua Cydoniorũ aromatica 164
Muſa Enea, ſiue Egetea uel Zazenea 42

N.

Naſalia 116

Oeſipum

O.

OEſipum faciendi modus 248
Oleum ex ligno Iuniperi 220
Oleum ex Iuniperi granis 220
Oleum Nardinum ſimplex 221
Oleum Nardinum compoſitũ 221
Oleum Coſtinum 222
Oleum de piperibus 222
Oleum Mandragoræ 223
Oleum Maſtichinum 224
Oleum de Euphorbio 224
Oleum Caſtorei 225
Oleum Scorpionũ ſimplex 225
Oleum Scorpionũ cõpoſitũ 226
Oleum Formicarum 226
Oleum Lumbricorum 226
Oleum Vulpinum 227
Oleum de Cappare 227
Oleum de Lateribus 228
Oleum de Terebinthinæ 228
Oleum Tartari 228
Oleum Cytoniorum 229
Oleum Samſuchinum 229
Oleum Vitellorum ouorum 230
Oleum Hyperici 230
Oleum Irinum 231
Oleum Irinum aliud 232
Oleum Moſchelinum 233
Oleum Rutæ 234
Oleum Anethinum 235
Oleum Chamæmelinum 235
Oleum Lilinum 235
Oleum Narciſsinum 235
Oleum Liguſtrinum 235
Oleum Sambucinum 236
Oleum Iaſminum 236
Oleum Cheyrinum 236
Oleum Myrtillorum 236
Oleum Myrtinum 237
Oleum Menthæ 237
Oleum abſinthij 237
Oleum roſaceum 238
Oleum Violaceum 238
Oleum Nymphæatũ album 238
Oleum ex Nymphæa Citrina 238
Oleum Populinum 238
Oleum Populinum aliud 239
Oleum Amygdalarũ dulcium 239
Oleum Amygdalarũ amararũ 239
Oleum Balaninum 240
Oleum de Cherua 240
Oleum Papaueris 240
Oleum Hyoſcyami 240
Oleum Spicæ 241
Oleum Laurinum 241
Oleum Seſaminum 241
Oxyſacchara ſimplex 153
Oxyſacchara compoſita 153
Oxymel ſimplex 165
Oxymel compoſitum 166
Oxymel Scylliticum ſimplex 166
Oxymel Scylliticũ compoſitũ 167

P.

PEtroleum flauum 241
Petroleum nigrum 241
Philoniũ maius ſiue Romanum 42
Philonium Meſuæ 43
Philonium ex Gale: & Aegineta 44
Philonium Perſicum 44
Pilulæ Alephanginæ 117
Pilulæ Aſſaieret 119
Pilulæ Arabicæ 119
Pilulæ Arthriticæ 120
Pilulæ de Agarico 120
Pilulæ Aureæ 121
Pilulæ Aggregatiuæ 121
Pilulæ Benedictæ 122
Pilulæ Cochiæ Raſis 122
Pilulæ è Colocynthida 123
Pilulæ ex Eupatorio 124
Pilulæ de Euphorbio 124
Pilulæ Fœtidæ maiores 124
Pilulæ fœtidæ Raſis 125
Pilulæ è fumaria 116
Pilulæ è hermodactylo 126
Pilulæ Indæ 127
Pilulæ de hiera ſimplici 127
Pilulæ de hiera compoſita 128

Pilulæ de hiera cum Agarico 128
Pilulæ de lapide Lazuli 128
Pilulæ de lapide Armenio 129
Pilulæ de Mezereo 129
Pilulæ lucis maiores 130
Pilulæ lucis minores 131
Pilulæ Maſtichinæ 131
Pilulæ Maſtichinæ aliæ 131
Pilulæ de aloe & maſtichæ 132
Pilulæ de aloe lota 132
Pilulæ de Rhabarbaro 132
Pilulæ peſtilentiales 133
Pilulæ è Sarcocolla 133
Pilulæ ſine quibus eſſe nolo 133
Pilulæ Imperiales 135
Pilulæ de Opopanaco 136
Pilulæ de quinque generibus Myrobalanorum 136
Pilulæ de octo rebus 137
Pilulæ de Sagapeno 137
Pilulæ de Bdellio 138
Pilulæ de Cynogloſſa 138
Pilulæ Bechiæ 139
Pilulæ Alephanginæ Valerij Cordi 139
Pilulæ ſtomachicæ Alkindi 134
Pilulæ ſtomachicæ Meſuæ 135
Pinguedinum præparatio 247
Plumbi lauatio 243
Pulmonis uulpini præparatio 247
Pulpa prunorum 95
Pulpa Ceraſorum 98
Pulpa Caſsiæ fiſtulæ ſolut: 90
Pulpa Thamarindorum 91
Puluis ad Epithema cordis 40
Puluis ad Epithema hepatis 40
Puluis medicaminis Turbith 115
Puluis Senæ præparatæ 115
Puluis ſternutatorius 116
Puluis ad glãdes uel ſuppoſitoria. 117

R.

Requies Nicolai 45
Roſata nouella 36
Rob de Ribes compoſitum 168
Rob de Ribes ſimplex 168
Rob de berberis compoſitum 168
Rob de berberis ſimplex 168
Rob Nucum 169

S.

Sanguinis hirci præparatio 247
Scoriæ præparatio 244
Scammoneæ præparatio 244
Sirupus de duabus radicibus 141
Sirupus de quinque radicibus 141
Sirupus acetoſus ſimplex 141
Sirupus acetoſus compoſitus 142
Sirupus acetoſitatis Citri 142
Sirupus acetoſitatis Limonum 142
Sirupus Arantiorum acetoſorũ 143
Sirupus de Agreſta 143
Sirupus de Pomis 143
Sirupus Granatorum dulcium 144
Sirupus Granatorum acetoſorũ 144
Sirupus de Byzantijs ſimplex 144
Sirupus Byzantinus cõpoſitus 145
Sirupus de Arthemiſia 145
Sirupus de Abſinthio maior 147
Sirupus infuſionis Roſarum 147
Sirupus infuſionis Violarum 147
Sirupus de fumaria maior 149
Sirupus de Menta maior 149
Sirupus de Menta minor 150
Sirupus de Calamintha 150
Sirupus de ſucco Endiuiæ 151
Sirupus de Endiuia compoſitus 151
Sirupus de Cichorio cum rhabarbaro 152
Sirupus de Iuiubis 154
Sirupus Violarum compoſitus 154
Sirupus de ſucco Violarum 155
Sirupus de Praſsio 155
Sirupus de Glycyrrhiza 156
Sirupus de Hyſſopo 157
Sirupus de Eupatorio 157
Sirupus de Stœchade ſimplex 158
Sirupus de Stœchade cõpoſitus 158
Sirupus de Epithymo 159
Sirupus de Nymphæa 160

Sirupus de Papauere ſimplex 161
Sirupus de Papauere cõpoſitus 161
Sirupus de ſucco Myrtillorum 162
Sirupus Myrtinus compoſitus 162
Sirupus de ſucco Borraginis 163
Sirupus de ſucco Bugloſſæ 163
Sirupus de Lupulo 663
Spodij præparatio 246
Species ad ſuppoſitoria 117
Squyllæ præparatio 245
Suppoſitoria ſeu glandes 117

T.

Terebinthinam coquere 248
Theriaca Andromachi 63
Theriaca Andromachi ſenioris 72
Theriaca Diateſſaron 76
Tryphera magna 45
Tryphera minor 46
Tryphera Sarracenica 47
Tryphera Perſica 49
Trochiſci de Vipera 173
Trochiſci Scyllitici 174
Trochiſci Hedichrei 174.175.176
Trochiſci Cyphi 176
Trochiſci Ramich 178
Trochiſci de Cappare 179
Trochiſci de Eupatorio 179
Trochiſci Diaion 180
Trochiſci Diani 180
Trochiſci de Lacca 181
Trochiſci Diarhodon 181
Trochiſci de Rhabarbaro 182
Trochiſci de Berberis 182
Trochiſci Galliæ Moſchatæ 182
Trochiſci aliptæ Moſchatæ 183
Trochiſci de Agarico 183
Trochiſci de Myrrha 184
Trochiſci Alkekengi 185
Trochiſci de Rhoſis 186
Trochiſci de Camphora 186
Trochiſci de Terra ſigillata 187
Trochiſci de Spodio 188
Trochiſci de Abſinthio 188
Trochiſci Alhandal 198
Trochiſci Bechij albi 189
Trochiſci Bechij nigri 189

V.

Vnguentum Agrippæ regis 20
Vnguentum Apoſtolorũ 201
Vnguentum Arogon 202
Vnguentum Martianum 203
Vnguentum Martianum aliud 206
Vnguentum Martianum paruũ 209
Vnguentum album 210
Vnguentum Dialthæa ſimplex 210
Vnguentũ Dialthæa compoſitũ 211
Vnguentum Aegyptiacum 211
Vnguentum aureum 212
Vnguentum citrinum 212
Vnguentum Populeon 213
Vnguentum fuſcum 214
Vnguentũ Diapompholygos 215
Vnguentum Comitiſſæ 215
Vnguentum de Artanita maius 216
Vnguentum de Artanita minus 217
Vnguentum potabile 218
Vnguentum roſatum Meſuæ 218
Vnguentum pectorale 219
Vnguentum album Caphuratũ 218
Vnguentũ rubeum Caphuratũ 219

*Finis Indicis medicamentorum compoſitorum.*

# INDEX SIMPLICIUM QVÆ IN HOC LIBRO declarantur.


A.

ABſinthium Romanũ 147
Abatecha 183
Acorus 19 & 71
Acacia 72. 78. & 249
Acini 216
Adiantum 93
Agreſta 143
Alypias 58
Alleluia 206
Amomum 53.73. & 176
Amarena Ceraſa 98
Amaracus 206
Amentum dulce 213
Antophylli 5
Anguria 95
Anchuſa 223
Anthera 187
Ariſtolochia tenuis 72 & 75
Ariſtolochia rotunda 76 & 226
Arum 73
Arceuthida 178
Artanita 217
Aſpalathus 175
Aſpalathi loco quid 175
Azarum 17 & 19

B.

BAlſamita 2 & 205
Bautia 62
Bardana 214
Balanus Mirepſica 240
Bedeguar 158
Borax 213
Branca Vrſina 58 & 205
Bunias 70
Bugloſſa domeſtica 107
Bugloſſa uulgaris 163

C.

CArdamomum 2
Carpobalſamus 5
Carpobalſami ſuccedanea 6
Calamintha mõtana 6. & 151
Calamintha cãpeſtris 6. & 151
Caſſia lignea 3. 22 & 70
Calamus Vnguentarius 178
Carduncellus 206
Camphoratha 206
Cathengit 218
Carolina 158
Centumneruia 205
Chamedrios 27
Chamemælum 191
Chamæpitis 71
Chalãtis 71
Chalãtidis aſſatio 68
Chalcucecaumenos 197
Cherua 240
Cinnamum 213
Come 70 Coſtus 5
Condita uaria 86
Conſeruæ 87
Conſeruarũ faciendi ratio 87
Cornuta 81
Conyza 203
Crocus Cilicius 70
Chret amus agreſtis 86
Criſpula 206
Crinon 232
Cyperꝰ rotũdꝰ et longꝰ 24 et 178
Cyanea glycyrrhiza 74
Cyminum Carmenum 123
Cymbalaris 214

D.

DAucꝰ creticꝰ 22.72. et 75
Denarius quid 114
Dentalium 213
Dictamnus Creticus 70
Dictamnus uulgaris 140
Diploma, id eſt uas duplex 223

E.

ELaterium 126
Endiuia uera 151
Enthalium 218
Esbrium 208
Eupatorium 122, et 158

F.

FOlium 2. & 175
Folia Charyophillorũ 105

G.

GAlanga ruffa 3
Galanga magna 1
Gallæ Cypreſſi 187
Gerſa ſerpentaria 213
Glycyrrhiza 2
Gluten alchanach 192
Granum Ben 240

H.

HAlꝰ, aut halũ, ſiue alũ 56
Herba paraliſis 205
Herba Craſſula 205
Herba Moſchata 206
Herba uenti 209
Herba Thuræ 206
Hypociſthis 58

I.

IArus 203
Iaſmini flos 236
Iris Illyrica 46

L.

LAchryma Therebinthi 75
Lapis armenus 105
Laureola 203
Lapathiolum 205
Lepis Chalku 197
Lelenium 132
Lingua auis 48
Libanotidis ſpecies 81
Liguſtrum 235
Libra medicinalis 1
Luph planũ et luph criſpum 62

M.

MAbathematicum 58
Malobathrũ 73.75.176


Marum

# INDEX SIMPLICIVM.


*Marum* 174
*Mamera* 75
*Malum terræ* 154
*Matris ſylua* 206
*Maturella* 206
*Mandragora* 214
*Meu* 53 & 71 & 75
*Mel Tabarzeth* 173
*Mentaſtrum* 185
*Menta Saracenica* 205
*Mira ſolis* 240
*Moſchocaryon* 234
*Moſchus* 2
*Mucharus* 143
*Muzus Sapor* 150
*Myrrha Trogloditica* 70
*Myrthus* 210

N.

*Nardus Celtica* 46.78
*Napus* 53 & 62
*Neremiſch* 33
*Nerion* 84
*Nitrum* 213
*Nucleus ſeminum quid* 10
*Nux Indica muſcata* 234
*Nymphæa alba et lutea* 161

O.

*Obulus quid* 80
*Oanū atratum* 155
*Oeſypus* 152 & 238
*Oluſatrum* 27
*Omphacinum oleum* 230
*Onychis* 178
*Opobalſamum* 70
*Opobalſami Succedaneum* 70
*Opiū in oleo diſſolui nō pōt* 224
*Origanum Perſicū* 47 & 123

P.

*Parietaria* 92
*Petroleum* 58. et 243
*Pelecinus* 81
*Petroſelinum Macedonicum* 6
*Phu* 53.77
*Phyllon* 84
*Pimpinella Italica* 205 et 209
*Piper niger* 7
*Ponderum diſpenſatio in confe=ctionibus* 5
*Polium montanum* 70
*Polythrichon* 205
*Pompholigos* 215
*Praſium uiride* 197
*Propolis* 195
*Prunus ſylueſtris* 236
*Pſeudodictamnꝰ ē fraxinella* 140
*Pulpa ſeminis Aſparagi et Ruſcā debet acāpi et nō nuclei oſſei* 106
*Pulicaria* 203

R.

*Raued ſeni* 122
*Rhaponticum* 70
*Rhodoſtagma* 180
*Rhus* 56
*Ricinus* 240
*Rubus Idæus* 169

S.

*Santalum Machoziri* 1
*Saliunca* 5
*Saccharum tabarzeth* 8
*Saxifragia* 22 et 155. et 146
*Saphyrus* 28
*Sarda gemma* 28
*Sal Hammoniacum* 58
*Sagapenum* 60 & 72
*Satirion* 61
*Sapa* 158
*Sanguiſorba* 205 & 219
*Schœnanthum* 57
*Scoria ferri* 47
*Scincus* 63
*Scordion* 70
*Scariola* 162
*Scatuncellum* 234
*Seſelios* 60 & 73
*Seſeli tenue quid* 75
*Seta cruda* 50
*Secacul* 39 & 48
*Settaragi Indum* 49 & 129
*Sextarius* 54 & 208 & 232
*Semen bulbi* 63
*Semen roſarum* 187
*Sinonum* 22 & 53
*Sicilicus* 56
*Sigillum lemnium* 78
*Siſimbrium* 230
*Smaragdus* 28
*Sorba* 215
*Spina nigra uel cærulea* 73
*Spargula* 205
*Spodium* 182
*Squama æris* 196
*Styrax rubea* 58. & 183
*Succus Eupatorij* 19 & 122
*Suchaba* 158
*Succꝰ Borraginis et Bugloſſæ* 163
*Succus Scyllæ* 172
*Syſon* 84

T.

*Tamariſcus* 47
*Teſticuli uulpis* 62
*Tethrabit* 205
*Thamar quid* 5
*Thus maſculum* 41
*Thymiama hamoniacum* 84
*Thlaſpi* 73
*Thereniabin* 129
*Tribula aquatici* 203
*Tymbra* 8

V.

*Vas duplex* 221
*Venter mergi* 84
*Vermicularis* 214
*Vipera* 70 & 173
*Viſcus quercinus* 195
*Vlmus* 193
*Vmbilici marini* 213
*Vua Lupina* 215

Z.

*Zurumbeth* 28


FINIS.

POndera quibus hodie Medici utuntur, hæc ſunt: libra, uncia, quarta, drachma, ſcrupulus, ſiliqua: & hæc quidem à Græcis atq; Romanis mutuarunt. Præter hæc ſunt alia, quæ à barbaris atq; Arabibus deſumpſerunt, qualia ſunt manipulus, pugillus, aureus, kiſt, kirath, & dauic, quorũ nominibus Meſuen potiſsimum uti conſtat. Libra itaq;, quæ & pondo etiam dicitur, in duodecim uncias diuiditur. Errant itaq; indocti huius ætatis Pharmacopolæ, qui libram ſedecim unciarum, quot ſanè mercatoria ac negociatoria eſt, in medicamentis conficiendis accipiunt. Ea autem illos uti libra facile ex quartis colligitur, quibus uncias quatuor aſsignant, quas ſi quater ſumpſeris, ſedecim prodibunt unciæ. Quartam aũt libræ partem Latini quadrantem nominant, ſicuti tertiam trientem, ſextam ſextantem. Quadrans itaq;, uel (ut noſtri loquuntur) quarta, pondus exiſtit trium unciarum. Triens uero quatuor, ueluti ſextans duarum unciarum. Porrò uncia, octo drachmas conſtituit. Drachma ſcrupulos tres. Scrupulum uero, qui Græcis γράμμα dicitur, quaſi primum ponderis elementum, nonnulli Scriptulum etiam nominant, habet uero obolos duos. Obolus pendet ſiliquas, quæ Græcis κεράτια uocantur, tres. Siliquæ itaq; ſex grana, ſcrupulum pendent. Vnum uero ſiliquæ granum ſex lentis ſeminibus, pondere reſpondet: quæ ſi ſexies ſumpſeris, prodibunt in uniuerſum trigintaſex, quæ ſcrupulum conſtituunt. Sic ſe habent pondera quæ Græcorum Medici etiam uſurparunt. Nunc ad ea quibus Arabes & recentiores uſi ſunt ueniemus, inter quæ primum Manipulus nobis occurrit. Sic autem uocant herbarum faſciculum qui manu depræhendi & complecti poteſt. Pugillo autem perperam pro pondere utuntur recentiores, cum ſit diminutiuum potius à pugno, qui compreſsis fit digitis. Aureus illis pondus unius drachmæ cum dimidia ſignificat. Dauic pondus ſex granorum, Kirat uero trium.

Notæ ponderum quæ hodie in uſu ſunt.

| | | | |
|---|---|---|---|
| Grani | hæc notantur | gr. | ein gren/oder gerſten körnlein ſchwer. |
| Scrupuli | | ℈. | ein ſcrupel/ein dritteil eins quintlins. |
| Drachmæ | | ʒ. | ein quintle / oder gulden ſchwer. |
| Vnciæ | | ℥. | ein vntz/ iſt zwey lot. |
| Quadrantis | | q̃d. | ein quart / viij lot. |
| Libræ | | ℔. | ein pfund. |
| Semis | | s. | halb. |

# CONFECTIONES AROMATICÆ.

## AROMATICVM Charyophyllatum ſecundum deſcriptionem Meſuæ.

℞. Charyophyllorum ʒ vij.
Macis
Zedoariæ
Galangæ
Sandali Machoziri
Trochiſcorum diarhodon
Cinnamomi
Ligni aloes
Spicæ Indicæ
Piperis longi
Cardamomi maioris ana ʒ j.
Roſarum ʒ iiij.
Glycyrrhizæ raſæ
Galliæ Moſchatæ ueræ ana ʒ ij.
Folij. (Sumat̃ eius loco caſsia lignea uera, aut duplex pōdus Cīnamomi)
Cubebarum ana ℈ ij. gr. v.
Ambræ ʒ j.
Moſchi ℈ s.
Sacchari optimi

*IN confectionibus aromaticis ad lib. unam pendentem ℥ xij. accipiatur ℥ j. ſpecierum.*

MYROPOLÆ *accipiant in confectionibus libram continentem ℥ xij. & ſecundum hanc diuidantur ʒ & ℈. & ℈ j. pendeat xx. grana electa.*

GALANGÆ, *id eſt, minoris Galangæ & rufæ, ſaporis aromatici. Nam affertur hodie noua quædam Galanga magna, craſſa, foris ſubrufa, intus Zingiberis palliditate & filis, guſtu acerrima ſine aromatica aliqua gratia, hæc in nullas confectiones inijcienda eſt, Quod ſemel dixiſſe ſatis ſit.*

SANDALVM *Machoziri, eſt ſpecies ci-*



*trini ſandali, odoratiſsima, et ualde aromatica tam guſtu quàm odore, & affertur ad nos cum ſandalo albo & citrino uulgari.*

GLYCYRRHIZA *eſt dulcis radix, quã hodie corrupto nomine Liquiritiam appellant.*

FOLIVM *nondum allatum eſt ad nos in Germaniam, quare cum eo careamus, neceſſe eſt eius loco aliquod ſuccedaneum accipere. Eſt autem eius ſuccedaneum ut Galenus nobis reliquit, Spica Indica, aut Caſsia lignea uera. Cum autem hæc cōfectio alioquin capiat Spicam Indicam, Folij uice. Caſsiam ligneam ueram accipiendam eſſe cenſeo.*

MOSCHI *ſcribendum eſt. nam Muſca appellatione arborum uilloſa canicies dicitur.*

¶ Ventriculum & Cor confortat, Nauſeam & Vomitum ſedat, & ualet contra putrefactionẽ in partibus uẽtriculi. Membra uero nutritionis calefacit, uentoſitatẽ diſſoluit & carminat.

## AROMATICVM Roſatum deſcriptione Gabrielis.

℞ Roſarum rubearum ʒ xv.
Glycyrrhizæ raſæ ʒ vij.
Ligni aloes
Sandali Machoziri ana ʒ iij.
Cinnamomi electi ʒ v.
Macis
Charyophyllorum ana ʒ ij. s.
Gummi Arabici
Tragacanthæ ana ʒ ij. ℈ ij.
Nucis Muſcatæ
Cardamomi minoris
Galangæ ana ʒ j.
Spicæ Indicæ
Ambræ griſeæ ana ℈ ij.
Moſchi ℈ j.
Sacchari

CARDAMOMI, *uidelicet minoris. Nam cum ſimpliciter Cardamomum ſcribũt, authores minus Cardamomum, id eſt, uſuale intelligunt.*

MOSCHI, *hoc eſt, ut uulgo dicitur, corrupto uocabulo, Muſca, pus illud aromaticum.*

¶Ventriculo imbecillo aliiſq; nutritioni deſeruientibus inſtrumentis ſuccurrit. Ventriculi humiditatem, omnemq; in eo putredinem emendat, concoctionem iuuat, & ex morbo conualeſcentibus auxiliatur.

## DIANISV: SECVNdũ deſcriptionẽ Meſuæ.

℞ Aniſi electi ʒ xx.
Glycyrrhizæ raſæ
Maſtiches ana ℥ j.
Carui
Macis
Galangæ
Fœniculi
Zingiberis. (idẽ eſt quod zinziber)
Cinnamomi ana ʒ v.
Macropiperis
Melanopiperis
Leucopiperis
Calaminthæ
Pyrethri
Caſsiæ ligneæ ueræ ana ʒ ij.
Cardamomi maioris
Caryophyllorum
Cubebarum
Spicæ Indicæ
Croci ana ʒ j.s.
Sacchari [redacted]

MASTICHES, *hoc eſt, ut uulgo dicitur, Maſticis.*

CASSIA *lignea uera debet accipi, quæ nuper cœpit afferri, figura Cinnamomi, guſtu aliquantulum lubrica, & Cinnamomi æmula. at non ille paruus cortex ſaporis inſipidi ac ſtiptici, ut hactenus factum eſt.*

¶Craſsis flatibus in uentriculo natis, eiuſdẽq; perfrictioni ſuccurrit. Item pituitam in eo crudam abſumit, tuſsiq; diuturnæ prodeſt.

## DIAMBRA: SECVNdum deſcriptionẽ Meſuæ.

℞. Cinnamomi.
Doronici



Charyophyllorum
Macis
Nucis Muſcatæ
Folij. (aut ſuccedanei eius)
Galangæ ana ʒ iij.
Spicæ Indicæ
Cardamomi maioris
Cardamomi minoris ana ʒ j.
Zingiberis ʒ j.s.
Sandali citrini
Ligni aloes
Piperis longi ana ʒ ij.
Ambræ ʒ j.
Moſchi ʒ s.
Sacchari albiſsimi.

¶Contra omnem corporis imbecillitatem efficax eſt, omnemq; corporis perfrictionem diſcutit, natiuum ſuſcitat calorem, & rediuiuum recreat, reſarcitq; eos, qui frigido torquentur humore, iuuat articulos, & membris omnibus magnifice ſubuenit, uentriculum faſtidientẽ, quiq; cibum continere non poteſt, roborat, & inappetentiã cibi ſumme corrigit. Cor ipſum roborat.

## DIATHAMARON SEcundum deſcriptionem Nicolai.

℞. Anthophyllorum
Zingiberis ana ʒ v. ℈ j. gr. xvj.
Cinnamomi
Carnium dactylorum
Charyophyll. ana ʒ iiij. ℈ j. gr. xvj.
Galangæ
Spicæ Indicæ
Zedoariæ
Coſti
Pyrethri
Corallij albi
Corallij rubei
Rheupontici. (accipiatur rhabarbarum ſic uocatum)
Saliuncæ
Tragacanthæ ana ʒ j. ℈ ij. gr. viij.

Anacar-

Anacardij
Oſsium dactylorum
Carpobalſami
Aniſi
Baccarum Iuniperi
Leucopiperis
Macropiperis ana ʒ j. ℈ ij. gr. viij.
Limaturæ auri puri
Limaturæ argenti meri
Oſsium de corde cerui ana ℈ ij. s.
Raſuræ Eboris
Moſchi ana ℈ j. gr. vij.
Ambræ ℈ j.
Sacchari

THAMAR *Arabibus dactylum, palmæ arboris fructum ſignificat, unde confectioni nomen Diathamaron.*

ANTHOPHYLLI *ſunt grandes Charyophylli, qui ad maturitatem peruenerunt, Nucleo intus duro bifidoq́;, ſapore non tam acres ut Charyophylli, prætérquam in ſuperficie.*

COSTI *uidelicet albi, feruidum & aromaticum ſaporem habentis. Non uulgaris illius grandis, qui teterrimum & rancidum ſaporem habet, & adulterinus eſt, atq; ex Heluetiorum alpibus et Italia ad nos affertur.*

CARPOBALSAMI. *Non habentur Opobalſamum, Carpobalſamum & Xylobalſamum ſecundum eorum ueram deſcriptionem, uerum cũ experientia didicerimus, quòd olea Cinnamomi & Charyophyllorum ſecundum noſtram artem deſtillandi, ueteribus ignotã, parata, in probis Balſami ueri, & uirtutibus, ſimilia eſſe. Quare etiam pro opobalſamo, oleum Charyophyllorum in theriacam noſtram accepimus. non in conſultum eſſet, ſi quis pro Carpobalſamo acciperet Cubebas, aut Charyophylla, ſiue etiam Cardamomum, aut aliud ſemẽ, quod haberet mordacitatem in guſtu cum quadam redolentia, ſecundum Carpobalſami deſcriptionem, ſi horum nullum antea eſſet in deſcriptione.*

SALIVNCA *Germanicum eſt uocabulum, quo ſignificatur Spica Celtica uera, quam in Pharmacopolijs Spicam Romanam appellant. Sed in*



*Nicolao Alexandrino Græco, inuenitur loco Saliuncæ Elelyſphacum, id eſt Saluia, præſertim in Aurea Alexandrina.*

LIMATVRÆ *auri & argenti, cum aurum ſit metallicum & ualde ponderoſum corpus, Limatura eius, uel ſcobs, ſemper fundum petit, nec æqualiter confectionibus commiſcetur, quare & hic, et reliquis omnibus locis, ſumantur folia auri.*

¶ Efficaciter prodeſt difficulter ſpirantibus, arteriacis, tuſsientibus, tabidis et omni thoracis & ſtomachi offenſæ, aquæ ſubter cutẽ fuſæ, renũ doloribus, uoluptatem parit, corporaq́; ſaginat.

## DIACALAMINthon ſecundum deſcriptionem Meſuæ.

℞. Calaminthæ montanæ
Calaminthæ campeſtris
Seſelios
Petroſelini Macedonici ana ʒ vj.
Zingiberis ʒ iij.
Apij .i. ſeminis Apij
Comarum Thymi ana ʒ ij.
Liguſtici ʒ vj.
Piperis .i. piperis nigri ʒ xij.
Sacchari albiſsimi

CALAMINTHA *montana naſcitur copioſiſsime in montibus circa Confluentiam urbem ad Rheni & Moſellæ confluentes.*

CALAMINTHA *campeſtris, hoc eſt uſualis Calamintha, quæ in aruis naſcitur, hæc efficatior eſt quàm in humidis locis nata. Germanice Kornmyntz uocatur.*

SESELIOS, *id eſt Siſelios, quod etiam Silermontanum uocatur.*

COMARVM *Thymi .i. ſummitatum, foliorum & florum Thymi.*

PETROSELINVM *Macedonicũ non eſt Oluſatrum, uel ut corrupte pronunciant Olixatrum aut Alexandrum, ſemine longo, magno, nigro, amaro ac Myrrham æmulante ſapore. Sed quia iam uero Macedonico Petroſelino caremus, licet nobis eius loco Oluſatri ſemẽ accipere, quod*

 uulgo

*uulgo in Pharmacopolijs Petroſelinum Macedo- nicum, falſo tamen, appellatur, donec aliquando uerum nobis contingat.*

PIPERIS .i. *piperis nigri, nam cum piper ſimpliciter pronunciamus, ſemper nigrum intelligimus.*

¶ Auxiliatur ijs quos cibi faſtidium urget, appetentiã reuocans, ægre quoque ſpirantibus, uentriculo refrigerationem ſentienti, & flatibus diſtento confert.

## DIACALAMINthon Galeni.

℞. Calaminthes
Pulegij
Petroſelini
Seſeleos ana ℥ j.
Apij
Cacuminum Thymi ana ℥ ij.
Libyſtici ſeminis ℥ viij.
Piperis ℥ xxiiij.
Sacchari

## DIACYMINV: SEcundum deſcriptionem Nicolai.

℞. Cymini pridie p̃parati, id eſt, aceto infuſi & iterũ exiccati ʒ viij. ℈ j.
Cinnamomi
Charyophyllorum ana ʒ ij. s.
Melanopiperis
Zingiberis ana ʒ ij. gr. v.
Galangæ
Thymbræ (eius loco ſume ſatureiã).
Calaminthæ ana ʒ j. ℈ ij.
Ammios
Liguſtici ana ʒ j. gr. xviij.
Macropiperis ʒ j.
Spicæ Indicæ
Cardamomi



Nucis Muſcatæ ana ℈ ij. s.
Sacchari

TYMBRA *eſt proprie Satureia Syluestris, circa quam naſcitur Cuſcuta Epithymo ſimilis quæ Epithymbrum appellatur. affertur iam ad nos ex orientalibus partibus, uerum raro, ideoq; in defectu eius ſatiuam Thymbram, hoc eſt, Satureiam accipere nobis licet.*

¶ Arteriacis, difficultati ſpirandi, tuſsiculoſis, inflationibus, efficaci eſt adiumento, noxam uentriculi corrigit, concoctionẽ adfert, adſtrictionum uitia ſanat.

## DIACINNAMOMV: ſecundum deſcriptionem Meſuæ.

℞. Cinnamomi ſubtilis ʒ xv.
Cinnamomi craſsi
Cymini
Enulæ ana ʒ iiij.
Galangæ ʒ vij.
Charyophyllorum
Piperis longi
Cardamomi maioris
Cardamomi minoris
Zingiberis
Macis
Nucis Muſcatæ
Ligni aloes ana ʒ iij.
Croci ʒ j.
Sacchari tabarzeth ʒ v.
Sacchari albiſsimi

SACCHARI *tabarzeth .i. puriſsimi atq; optimi Sacchari cuius ʒ. v. miſcentur ſpeciebus, idq; ideo hoc loco accipitur, ut ſpecies eo melius conſeruentur ad uſum. Vltimum Saccharum additur cum uis rotulas facere ex ſpeciebus.*

¶ Eſt medicina ſalubris ad humoroſitatem uentriculi & putrefactionem in eo, phlegma digerit, & digeſtionem adiuuat.

DIAN-

## DIANTHVS: SECVN dum deſcriptionē Nicolai.

℞. Florum Roſmarini ℥ j.
Violarum
Roſarum
Glycyrrhizæ ana ʒ vj.
Charyophyllorum
Spicæ Indicæ
Nucis Muſcatæ
Galangæ
Cinnamomi
Zingiberis
Zedoariæ
Macis
Ligni aloes
Cardamomi
Aniſi
Anethi (uidelicet ſeminis) ana ℈ iiij.
Sacchari

¶ Prodeſt præter rationē tribulatis, cardiacis, animi læticiam auget. Eos roborat qui à longo morbo debiles adhuc ſeſe recolligunt, uentriculum perpulchrè emendat.

## DIAMARGARITON frigidum ſecundum deſcriptionem Nicolai.

℞. Nucleorū ſeminū Citrulli
Cucurbitæ
Melonum
Cucumerum
Seminis portulacæ
Papaueris albi
Sandali albi
Sandali Moſchatellini .i. Citrini boni odoris
Ligni aloes
Zingiberis
Roſarum rubearum
Florū Nymphææ albę .i. Nenupharis



Florum Borraginis
Myrtillorum uerorum ana ʒ j.
Corallij albi
Corallij rubei ana ʒ s.
Margaritarum ʒ iij.
Sacchari

NVCLEVS *ſeminum, eſt ipſa in medio ſeminum medulla. Sunt autem eximendi horum ſeminum nuclei, cum iam præparanda eſt confectio hæc, aut aliæ quæ durare debent, nam diu ante exempti rancidi fiunt.*

¶ Omnem uirium imbecillitatem firmat ijs, quos animus deficit, ſiue à corde, ſiue à ſtomacho deliquium originem ducat, omnem noxæ cauſſam uitaliū partiū diſcutit, inſuper aſthmaticis, tuſsientibus, tabidis auxiliatur: longo morbo deiectos, & imbecillitate languentes recreat, & ad priſtinum robur conducit.

## DIAMARGARITON calidū ſecundum deſcriptionem Auicennæ.

℞. Margaritarū non perforatarū
Pyrethri ana ʒ j.
Zingiberis
Maſtiches ana ʒ iiij.
Zedoariæ
Doronici
Seminis apij
Radicis Thapſiæ
Cardamomi
Nucis Muſcatæ
Macis ana ʒ ij.
Been rubei
Piperis
Macropiperis ana ʒ iij.
Cinnamomi ʒ v.
Sacchari

¶ Valet mulieribus, rectificat enim diſpoſitionem matricis, & uentriculorum earum.

## DIAMOSCHV: DVLce ſecundum deſcriptionem Meſuæ.

℞. Croci
Doronici
Zedoariæ
Ligni aloes
Macis ana ʒ ij.
Margaritarum albarum
Setæ crudæ toſtæ
Carabæ
Corallij rubei
Galliæ Moſchatæ ueræ
Ocimi Citrati ana ʒ ij. s.
Been albi
Been rubei
Folij. aut Succedanei eius
Spicæ Indicæ
Charyophyllorum ana ʒ j.
Zingiberis
Cubebarum
Piperis longi ana ʒ j. s.
Moſchi ℈ ij.
Sacchari albi

OCIMVM *Citratum non eſt Meliſſa, ſed ſpecies quædã Ocimi ſiue Baſiliã, odore Meliſſæ aut Citrei mali,* [redacted] *defectu Charyophyllatum Ocimum ſumi poteſt.*

Prodeſt cõtra cordis palpitationẽ: ei quoq; cui tumultuoſa inſomnia obuerſantur, item his qui incertis tumoribus corripiuntur. Malis cerebri frigidis, uertigini, comitialibus, & difficulter ſpirantibus, ſuccurrit.

## DIAMOSCHV: AMArum ſecundum deſcriptionem Meſuæ.

℞. Croci
Doronici
Zedoariæ
Ligni aloes
Macis ana ʒ ij.



Margaritarum albarum
Setæ crudæ toſtæ
Carabæ
Corallij rubei
Galliæ Moſchatæ ueræ
Ocimi Citrati ana ʒ ij. s.
Been albi
Been rubei
Folij. aut Succedanei eius
Spicæ Indicæ
Charyophyllorum ana ʒ ſ.
Zingiberis
Cubebarum
Piperis longi ana ʒ j. s.
Moſchi ℈ ij.
Abſinthij
Roſarum ana ʒ iij.
Aloes lotæ ʒ iiij.
Caſtorei
Liguſtici ana ʒ j.
Cinnamomi ʒ ij. s.
Sacchari

SETA *cruda toſta, ſignificat Sericæ bombycis uellus, nullo colore tinctum, nulloq; humori aut ſucco qui tingendo ſit incoctum. Sed tale quale natura eſt, fictiliq; inditum ac donec conteri poßit toſtum aut aſſatum, uulgo dicitur ſericum uſtum, quamuis comburi non debeat, ſed torreri aut aſſari tantum.*

Hæc confectio ualentior eſt ad ea, quæ ſupra dicta ſunt. Et proprie ad exiccandum humiditates uentriculi, & putrefactiones eius.

## DIAGALANGA SEcundum deſciptionem Meſuæ.

℞. Galangæ
Ligni aloes ana ʒ vij.
Charyophyllorum
Macis
Liguſtici ana ʒ ij.
Zingiberis

Macro-

Macropiperis
Leucopiperis
Calami aromatici
Cinnamomi ana ℥ j. s.
Calaminthæ ſiccæ
Menthæ ſiccæ
Cardamomi maioris
Spicæ Indicæ
Seminis Apij
Seminis Fœniculi
Seminis Aniſi.
Seminis Carui ana ℥ j.
Sacchari albiſsimi

Valet aduerſus craſsiores flatus, acidos ructos, prauamq́ concoctionem, item actiones uentriculi & iecoris à frigiditate impeditas robuſtiores reddit eaſdemq́ emendat.

## DIAPENIDION SEcundum deſcriptionem Nicolai.

℞. Penidiarum ℥ ij. ʒ s.
Pinearum
Amygdalorum dulcium
Amygdalorum amarorum
Papaueris albi ana ʒ iij. ℈ j.
Cinnamomi
Charyophyllorum
Zingiberis
Succi glycyrrhizæ
Tragacanthæ
Gummi Arabici
Amyli candidiſsimi
Seminis enucleati Cucurbitæ
Citrulli
Cucumeris
Melonis ana ʒ j. s.
Camphoræ gr. vij.
Sacchari albiſsimi

AMYLUM *hodie corrupto uocabulo dicitur Amidum.*



Valet aduerſus omnem thoracis noxam, tuſsim à frigore contractam, uocis iacturam: tabidis deniq́ & purulēta exſcreantibus ſuccurrit.

## DIAIREOS SALOmonis ex Nicolao.

℞. Ireos ℥ j.
Pulegij
Hyſſopi
Glycyrrhizæ ana ʒ vj.
Tragacanthæ
Amygdalorum amarorum
Pinearum
Cinnamomi
Zingiberis
Piperis ana ʒ iij.
Caricarum
Paſſularum enucleatarum
Carnium dactylorum ana ʒ iij. s.
Styracis Calamitæ rubeæ ʒ ij. ℈ j.
Sacchari albiſsimi

Tuſsiculoſis, difficulter ſpirantibus auxiliatur, abſciſſæ uocis iacturam reſarcit, quæ refrigeratione contracta ſit.

## DIAIREOS SIMplex.

℞. Ireos ℥. s.
Sacchari candi
Specierum diatragacanthi frigidi ana ʒ. ij.
Sacchari albiſsimi

## DIATRAGACANthu: frigidum ſecundum deſcriptionem Nicolai.

℞. Tragacanthæ albiſsimæ ℥. ij.
Gummi arabici ℥ j. ʒ ij.
Amyli ℥ s.

Gly-

Glycyrrhizæ
Nucleorũ ſeminũ Cucurbitæ
Cucumeris
Citrulli
Melonis ana ʒ ij.
Camphoræ ℈ s.
Penidiarum ℥ ſiij.
Sacchari albiſsimi

¶ Medetur omnibus pulmonum & thoracis uitijs aridis, maxime tabidis, macie confectis, in flammatione lateris laborantibus, omnibusq́ tuſsibus calidis & ſiccis, exaſperationi linguæ & faucium, deuoratum tam diu ægrotans in ore contineat, quo ad liquefactũ perfecte exugat.

## DIATRAGACANthu: calidum ſecundum deſcriptionẽ Nicolai.

℞. Gummi Tragacanthæ
Hyſſopi ana ℥ iiij.
Pineorum nucleorum
Amygdalorũ amborum purgatorũ
Seminis lini ana ʒ vj.
Seminis fœnugræci
Cinnamomi ana ℥ s.
Glycyrrhizæ raſæ
Succi glycyrrhizæ
Zingiberi ana ʒ ij.
Sacchari albi

¶ Valet tuſsientibus ex frigido phlegmate, & non ualentibus eijcere, aſthmaticis, empycis, an helosis, ſuſpiriosis, peripneumonicis, phtiſicis, & ad omnem coarctationem pectoris, ſtomachum confortat, digeſtionem procurat.

## MANVS CHRIſti Perlata.

℞. Sacchari clarefacti lib. j.
Aquæ roſarum lib. s.

*Concoquantur dum aqua igni euaneſcat. Et Saccharum iuſtam craßitiem conſequatur, in fine*



*Margaritarum minutißime tritarum ℥ S. addatur, atq; ſuper Marmor aqua roſacea inſperſum infundatur, & fiant rotulæ.*

¶ Medetur deiectis uiribus, ardentibus febribus, & imaginationes falſas abolet.

## DIAHISSOPV: SEcundum deſcriptionem Nicolai.

℞. Hyſſopi
Ireos
Thymi
Melanopiperis ana ʒ xxx.
Pulegij
Thymbræ, (eius loco ſume ſatureiã)
Ruthæ
Cymini ana ʒ xx.
Carnium dactylorum
Tragacanthæ
Glycyrrizæ
Caricarum pinguium
Paſſularum enucleatarum
Fœniculi ana ʒ x.
Zingiberis
Aniſi
Carui
Seminis liguſtici ana ʒ v.
Sacchari

¶ Hoc accommodatum eſt ad capitis querelam ex frigido, uuam exiccat, arterias purgat, tuſsim compeſcit, omnes frigiditates pectoris et ſtomachi emendat, digeſtionem procurat, pleureticis & empycis mirabiliter opitulatur.

## DIACOSTV: SECVNdum deſcriptionem Meſuæ.

℞. Coſti candidi aromatici amari
Caſsiæ ligneæ ueræ
Cinnamomi ana ʒ v.
Seminis Apij
Seminis Aniſi

Schœnan.

Schœnanthi
Rheubarbari ana ʒ iij.
Azari ʒ iij.
Croci
Ariſtolochiæ
Myrrhæ ana ʒ ij.
Sacchari

SCHOENANTHI, *hodie corrupto nomine dicunt ſquinanthum.*

COSTI AMARI, *cœpit hiſce annis afferri, loco ueri Coſti adulterinus quidam, qui nequaq̃ accipiendus eſt, ut ſupra dictum eſt, ſed candidus amarus & aromaticus.*

AZARI *.i. radicum eius, ſolæ enim radices ad Medicinam accipi debent.*

¶ Valet ad dolorem uiſcerum & oppilationem in eis, & ad principium hydropiſis.

## DIARHODON ABbatis ex Nicolao.

℞ Sandali albi
Sandali rubei ana ʒ ij. s.
Tragacanthæ
Gummi arabici
Spodij ana ℈ ij.
Azari
Maſtiches
Spicæ Indicæ
Cardamomi
Succi Glycyrrhizæ
Croci
Xiloales .i. ligni aloes
Charyophyllorum
Galliæ Moſchatæ Meſuæ
Aniſi
Fœniculi
Cinnamomi
Rheubarbari
Seminis ocimi
Berberis .i. acinorum eius
Seminis ſcariolæ
Seminis portulacæ



Nucleorum ſeminis Cucurbitæ
Citrulli
Cucumeris
Melonis
Seminis papaueris albi ana ℈ j.
Margaritarum
Oſsium de corde cerui ana ℈. s.
Sacchari candi (ut eo melius ſpecies conſeruentur)
Roſarum ana ℥ j. ʒ iij.
Camphoræ gr. vij.
Moſchi gr. iij. s.
Sacchari albiſsimi

SCARIOLA *proprie eſt Endiuia illa uulgaris quæ in dorſo foliorum eſt ſpinoſa, quid aũt uera ſit Endiuia, ubi locus poſtulauerit dicemus.*

¶ Valet aduerſus uentriculi calorem, iecinoris, lienis, pulmonumq́ꝫ: Contra uiſcerum dolores, & omnem totius corporis noxam à calore proficiſcentem.

## DIALACCA MAIOR ſecundum deſcriptionem Meſuæ.

Laccæ præparatæ (eius præparatio in fine habebitur)
Rheubarbari ana ʒ iij.
Spicæ Indicæ
Maſtiches
Apij
Coliculorum Schœnanthi
Abſinthij
Succi Eupatorij Meſuæ
Ammios
Sabinæ
Amygdalorum amarorum
Coſti
Myrrhæ
Rubeæ tinctorum
Fœniculi
Aniſi
Azari

Ariſtolochiæ longæ
Ariſtolochiæ rotundæ ueræ
Gentianæ
Croci
Cinnamomi
Hyſſopi
Caſsiæ ligneæ ueræ
Sumitatum Schœnanthi
Bdellij ana ʒ j. s.
Piperis
Zingiberis ana ʒ j.
Sacchari albiſsimi

COLICVLORVM *Schœnanthi, herba hæc aromatica à Græcis dicitur* χοῖνος, *id eſt, Schœnus, & ſignificat iuncum aromaticum, qui hactenus improprie dictus eſt ſquinanthum. nam Schœnanthum ſiue* χοίνου ἄνθος, *ſignificat iunci huius aromatici florẽ, qui non affertur ad nos. In hanc autem compoſitionem ingreditur bis Schœnanthum, hoc quidem loco coliculi aut ſtipites eius, inferius uero ſummitates eiuſdem.*

SVMMITATVM *Schœnanthi, id eſt, florũ eius, nam flores in ſummitate huius herbæ conſtituti ſunt, & proprie Schœnanthum appellantur, ſed quia flores non ad nos feruntur, cogimur tenerrimas eius partes in cacumine decerptas eorũ uicæ medicamentis miſcere.*

SVCCI *Eupatorij, hic ſuccus non debet fieri ex uulgari Eupatorio, neq; ex Eupatorio Græcorum .i. Agrimonia falſo hodie uocata, ſed ex Eupatorio quod Meſuæ deſcribit. Eſt autem Eupatoriũ Meſuæ ea herba quæ ab Italis dicitur Gratia dei ſiue Gradola. cuius magnus eſt prouentus Vuittembergæ in pratis ad Albim fluuiũ ſitis.*

¶ Valet aduerſus frigus uentriculi, obſtructiones, inflationes, iecinoris & renum duritias ſanat, aquæ intercutẽ cauſas oẽs diſcutit, menſes ciet, flatuoſos ſpiritus ab alto corporis abigit.

## DIACVRCVMA, id eſt, διὰ κροκοῦ maior, ſecundum deſcriptionem Meſuæ.

℞ Tragacanthæ ʒ j.
Croci



Azari
Petroſelini Macedonici
Dauci
Aniſi
Apij ana ʒ iiij.
Rheubarbari
Meu
Spicæ Indicæ ana ʒ vj.
Coſti
Myrrhæ
Caſsiæ ligneæ ueræ
Schœnanthi
Carpobalſami (aut aliquod ſuccedaneum ut ſuperius ſignificatum eſt)
Rubeæ tinctorum
Succi Abſinthij
Succi Eupatorij Meſuæ .i. Graciolæ
Opobalſami (aut aliquod ſuccedaneũ ſiue oleũ Charyophyllorũ aut aliud craſſum odoriferũ oleũ) ana ʒ ij.
Calami aromatici
Cinnamomi ana ʒ j. s.
Scordij (uidelicet ueri)
Scolopendriæ
Succi glycyrrhizæ ana ʒ ij. s.
Sacchari albiſsimi

¶ Confert ad ægritudines antiquas, & Cachexiam, & hydropiſim iuuamentum manifeſtum, & eradicat ægritudines hepatis & lienis Chronicas, quæ iam induratę ſunt, & cõfert ad corruptionem ſtomachi, & humiditatem frigidam, & uentoſitates groſſas in eis, & ad dolorẽ renum & ueſicæ, & urinam prouocat.

## DIAPRASSIV: Secundum deſcrip. Nicolai.

℞ Praſsij ʒ v. s.
Tragacanthæ
Pinearum mundatarum
Amygdalorum dulcium
Piſtaciorum
Carnium dactylorum
Caricarum pinguium

Paſſu-

Paſſularũ enucleatarũ ana ʒ iij. s.
Cinnamomi
Charyophyllorum
Nucis Muſcatæ
Macis
Ligni aloes
Galangæ
Spicæ Indicæ
Zingiberis
Zedoariæ
Glycyrrhizæ
Rheupontici
Anacardij
Storacis calamitæ
Galbani
Terebinthinæ
Maſtiches
Myrrhæ
Ireos
Ariſtolochiæ rotundæ
Corticum radicum Capparis
Gentianæ
Melanopiperis
Aniſi
Fœniculi
Anethi
Apij
Petroſelini Macedonici
Saxi fragiæ ana ʒ ij.
Hermodactylorum
Origani
Peucedani
Schœnanthi
Cardamomi
Leucopiperis
Carui
Liguſtici
Vincetoxici ana. ʒ j. s. gr. ij. s.
Balſamitæ
Pulegij
Dictamni Cretici
Coſti
Pyrethri
Thymbræ



Baſiliconis
Pœoniæ (uidelicet radicis eius, aut
ſeminis)
Macropiperis
Amomi
Sinoni
Orobi ueri ana ʒ j. gr. ij. s.
Xilobalſami (aut ſuccedaneũ aliq̃d
ſimile deſcriptioni xylobalſami)
Caſsiæ fiſtulæ
Corallij rubei
Raſuræ Eboris
Carpobalſami (aliquod ſuccedaneũ
ut ſupra)
Dauci Cretici ana ʒ. s.
Moſchi
Ambræ
Oſsis de corde cerui ana gr. xiiij.
Sacchari albiſsimi

*SAXIFRAGIA in Italia dicitur ea herba quam in Germania Pimpinellam uocamus. Itali habent diuerſam Pimpinellam.*

*BALSAMITÆ, Nicolaus Alexandrinus Latine impreſſus non Balſamitam habet, ſed Balſamum, ſignificat tamen Balſami uox nonnunq̃ etiam Mentam, cuius ſpecies eſt Balſamita, hoc loco recipienda. Nam ſi Balſami liquorem intellexiſſet Nicolaus non ſimpliciter Balſamũ ſed opobalſamum poſuiſſet.*

*SINONVM ſecundum Matthæum ſyluaticum, eſt Petroſelinum agreſte. Sed de eo infra in annotationibus Aureæ Alexandrinæ.*

*CASSIÆ fiſtulæ nomine hoc loco nequaq̃ debet intelligi Caſsia fiſtula, cuius nigra medulla bilem per aluum purgat, ſed Caſsia lignea aromatica quæ Cinnamomo ſimilis eſt. Nam hæc etiam apud probatos ueteres authores Caſsia fiſtula uocatur.*

*DAVCVS Creticus hodie ignotus eſt, ideo poſſumus eius loco Seſeli Creticũ accipere, id eſt Berwurtz aromaticam herbam folijs fœniculi ſed multo minoribus.*

¶ Sanat capitis uertigines, oculorum caligines abſtergit, palatum & arterias purgat, deſtillationem

tionem uuæ adſtringit, dentium dolorem mitigat, aſthmaticis & ſuſpirioſis peculiariter opitulatur, pectoris & pulmonis cauſas facile amputat, ſtomachi & hepatis dolorem & debilitates ſedat, ſpleneticorum & pleureticorum anguſtias paragorizat, omnium interaneorum uitijs prodeſt, inflationes & torſiones ab eis aufert. Nephreticos, Calculoſos, Strangurioſos et Cholericos purgat, & dolorem releuat, ſæpius aũt ſumptum colorem pallidum emendat, menſes deducit, & in ordinem debitum redigit, Typos quotidianarios & quartanarios reprimit. Qui autem hoc electuario uſus fuerit à multis conſeruabitur morbis.

## DIATRION SANDALON ſecundum deſcriptionem Nicolai.

℞. Sandali albi
Sandali rubei
Sandali Citrini
Roſarum
Sacchari ana ℥ iij.
Rheubarbari
Spodij
Succi Glycyrrhizæ
Seminis portulacę ana ℥ ij. ℈ s. gr. v
Amyli
Gummi Arabici
Tragacanthæ
Nucleorum ſeminis Melonum
Cucumeris
Citrulli Cucurbitæ
Seminis ſcariolæ ana ℥ j. s.
Camphoræ ℈ j.
Sacchari albiſsimi

SCARIOLA *eſt Endiuia uulgaris, cuius folia in dorſo habent ſpinulas, ut dictum eſt ſupra in diarhodon Abbatis.*

¶ Pollet aduerſus iecinoris & uentriculi calorem mirum in modum, tabidis, & regio morbo correptis itidem prodeſt.



## DIAXYLOALOES ſecundnm deſcriptionem Meſuæ.

℞. Ligni aloes
Roſarum ana ℥ j.
Charyophyllorum
Spicæ Indicæ
Macis
Nucis Muſcatæ
Galliæ Moſchatæ Meſuæ
Cubebarum
Cardamomi maioris
Cardamomi minoris
Maſtiches
Cinnamomi
Cyperi
Schœnanthi
Zedoariæ
Been albi
Been rubei
Folij. aut Macerum ſiue ſpicænardi
Setæ crudæ
Margaritarum
Corallij rubei
Carabæ
Foliorum citri
Corticum citrei mali
Ocimi Charyophyllati
Siſymbrij
Mentæ ſiccæ
Samſuchi .i. Maioranæ
Piperis longi
Zingiberis ana ℥ iiij.
Moſchi ℈ j.
Ambræ ℥ j. s.
Sacchari albiſsimi

CYPERI, *uidelicet Cyperi rotundi. Nam rotundæ radices Cyperi proprie & ſimpliciter ab authoribus Cyperus uocantur. Longis uero radicibus Cyperus uocatur ab iiſdem Cyperis. quoniam uero non ſemper rotundum habere licet, neceſſe eſt in penuria eius, longo uti.*

SISYMBRIUM *eſt menta aquatica. nigricantibus ut purpura caulibus.*

¶ Prodeſt malis uentriculi Cordis & iecinoris frigidis, animæ defectioni, concoctioniq́. Oris fœtorem abigit, læticiamq́ parit.

## DIATRION PIPEreon Meſuæ.

℞. Macropiperis
Melanopiperis
Leucopiperis ana ʒ v.
Zingiberis
Thymi
Aniſi ana ʒ ij.
Spicæ Indicæ
Ammios
Amomi (quod nõ habetur, & loco eius capiatur carpeſium ſiue cubeba, aut calamus aromaticus, qui pro uero acoro habetur)
Cinnamomi ana ʒ j.
Caſsiæ ligneæ
Seminis Apij
Seſelios
Azari
Enulæ ſiccæ ana ʒ s.
Sacchari albiſsimi

¶ Refrigerato uentriculo, & acido ructui, quartanis, exolutis, iecinoroſis, & inflationibus auxiliatur. Item tuſsientibus.

## DIAZINGIBER S. deſcriptionem Nicolai.

℞. Zingiberis
Galangæ
Charyophyllorum
Cinnamomi
Nucis Muſcatæ
Granorum paradiſi
Piperis longi
Macis



Cardamomi
Spicæ Indicæ
Rheubarbari
Roſarum rubearum ana gr. xv.
Pinearum mundatarum ℥. s.
Phiſticorum .i. piſtaciorum ʒ ij.
Aniſi
Fœniculi
Glycyrrhyzæ raſæ
Croci ana ʒ s.
Sacchari albiſsimi

## ELECTVARIVM Ducis S. D. Nicolai.

℞. Aniſi ʒ ij. gr. xv.
Glycyrrhizæ
Maſtiches ana ℈ ij. gr. v.
Chamædryos
Cinnamomi
Zingiberis
Galangæ
Fœniculi
Carui ana ℈ j. gr. xv.
Xilocaſsiæ
Calaminthæ
Dauci
Pyrethri
Piperis albi
Piperis longi
Cyperi .i. rotundi
Schœnanthi
Ireos
Amomi (aut ſuccedaneum eius)
Folij. (aut ſuccedaneum eius)
Azari ana ℈ j.
Spicæ Indicæ
Croci
Gummi Arabici
Tragacanthæ
Seminis Anethi
Calami aromatici

Cubebarum
Charyophyllorum
Carpobalſami
Cardamomi
Liguſtici
Seminis oluſatri
Baccarum Iuniperi
Seſelios
Pentaphylli, uidelicet radicū eius
Seminis Aſparagi
Seminis Citri
Acori aut loco eius Galangæ
Ammios
Rheubarbari
Nucis Myriſticę, ideſt nucis muſcatę
Ligni aloes
Baſilici Charyophyllati
Milij Solis
Seminis Saxifragiæ
Nucleorum ſeminis Citrulli
Cucumeris
Melonis
Cucurbitæ
Seminis Scariolæ
Petroſelini Macedonici
Been albi
Been rubei
Storacis calamitæ ana ℈ s. gr. v.
Penidiorum ʒ iiij. ℈ ij. s.
Sacchari albiſſimi

CHAMÆDRYOS *uidelicet ueræ, quæ folia habet ſimilia quercus, naſcitur in montibus Ienæ, & inter* Herſpruck *atq;* Ambergam.

OLVSATRI *ſemen, eſt magnum ſemen quòd in omnibus pharmacopolijs dicitur* Macedonicum, *ſiue* Petroſelinum Macedonicum.

¶ Valet ad indigeſtionem & uentoſitatem Stomachi & inteſtinorum, & Ilei dolorem & lapidis.

## ELECTVARIVM DE Gemmis S. D. Meſuæ.

℞ Margaritarum albarum ʒ iij.



Saphyri
Hyacinthi
Sardæ
Granatorum
Smaragdi ana ʒ j. s.
Zedoariæ
Doronici
Corticum citrei mali.
Macis
Seminis ocimcibariophyllati ana ʒ ij.
Corallij rubei
Carabæ
Raſuræ Eboris ana ʒ j. ℈ ij.
Been albi
Been rubei
Charyophyllorum
Zingiberis
Piperis longi
Spicæ Indicæ
Folij (aut ſuccedanij eius)
Croci
Cardamomi maioris ana ʒ j.
Trochiſcorum diarhodon
Ligni aloes ana ʒ v.
Cinamomi
Galangæ
Zurumbeth ana ʒ j. s.
Foliorum auri
Foliorum argenti ana ℈ ij.
Ambræ ʒ ij.
Moſchi ʒ s.
Sacchari albiſſimi

SAPHYRVS & *Smaragdus, qui paßim in Myropolijs habentur, nihil ualent, cum flammam edant in igne, & ex argentifodinis colligantur, quare omittendi ſunt, aut loco eorum de Hyacintho & Granato maius pondus ſumatur.*

SARDA *eſt gemma quæ* Neotericis *Carneola uocatur, quòd diligenter eſt notandum, Hactenus enim qualis eſſet gemma* Sarda *ignorauimus omnes.*

ZVRVMBETH *eſt ſpecies Zedoariæ quæ radicem habet rotundam & globoſam, & affertur cum zedoaria longa.*

¶Mali

¶ Malis cordis, uentriculi, cerebri, iecinoris, & uteri frigidis auxiliatur. Item palpitationi cordis, defectioni animæ, ac cõcoctioni, triſtitiam deniq; citra cauſſam ortã amouet.

## ELECTVARIVM IVſtinum S. D. Nicolai.

℞. Cinnamomi
Folij (aut ſuccedanei eius)
Coſti
Nardi .i. Spicæ Indicæ
Caſsiæ ligneæ
Ariſtolochiæ longæ
Ariſtolochiæ rotundæ
Enulæ Campanæ
Hyſſopi
Pulegij
Arthemiſiæ
Penthaphylli (uidelicet radicis eius)
Leucopiperis
Orobi ueri
Petroſelini
Leuiſtici
Oluſatri .i. petroſelini Macedonici uocati
Seminis urticæ
Milij Solis
Saxifragiæ ſeminis (ſumatur eius loco ſemen pimpinellæ noſtræ)
Baccarum Iuniperi
Seminis Aſparagi
Sileris montani
Seminis Apij
Seminis Anethi
Seminis rutæ
Seminis Citrei mali
Seminis fœniculi
Seminis Aniſi
Baccarum Lauri ana ʒ j. s.
Sacchari albiſsimi

¶ Valet ad dolorem renum, Calculos frangit, & arenam expellit, ac ſtranguriam diſſoluit.



## CONFECTIO LIberantis.

℞. Radicum tormentillæ
Seminis acetoſæ
Endiuiæ
Coriandri præparati
Citrei mali ana ʒ j. s.
Sandalorum omnium
Dictamni albi ana ʒ j.
Boli armeni præparati
Terræ ſigillatæ (loco eius bolus leuanticus, id eſt, orientalis ſumatur) ana ʒ iij.
Margaritarum
Corallij albi
Corallij rubei
Carabæ
Raſuræ Eboris
Spodij .i. Eboris uſti de quo in fine
Oſsium de corde cerui
Been albi
Been rubei
Doronici
Cardamomi
Cinnamomi
Macis
Ligni aloes
Caſsiæ ligneæ aut ſuccedaneum eius
Croci
Zedoariæ ana ʒ s.
Smaragdi (loco eius Hyacinthi aut granati)
Hyacinthi
Granati
Serici crudi torrefacti & inciſi ana ℈ j.
Penidij
Sacchari candi ana ℈ ij.
Florum Nenupharis .i. Nymphææ
Bugloſſæ
Roſarum ana ℈ j.
Camphoræ gr. vij.

Moſchi

Moſchi
Ambræ ana gr. iiij.
Sacchari albiſsimi

¶ Contra peſtem plurimum ualet, tutatur corpus ne ledatur à peſtifero aere, & præſeruat humores à corruptione.

## CONFECTIO CORdialis.

℞ Margaritarum
Spodij (id eſt Eboris uſti)
Granatorum uerorum
Cinnamomi
Tormentillæ
Boli armeni ana ʒ iij.
Sandalorum omnium.
Raſuræ Eboris
Vnicornu ana ʒ ij.
Hyacinthorum
Saphyri (loco eius maius pondus Hyacinthi)
Corallij albi
Corallij rubei
Charabæ albi
Valerianæ ueræ
Dictamni
Zedoariæ
Ligni aloes ana ʒ j.
Terrę ſigillatæ (aut boli leuantici, hoc eſt orientalis) ʒ j. ℈ ij.
Serici crudi, modicum torrefacti. ℈ ij.
Oſſium de corde cerui ℈ j. s.
Been albi
Been rubei ana ℈ ij.
Foliorum Auri fini numero v.
Moſchi
Ambræ ana gr. x.
Sachari albiſsimi

¶ Præſeruat Cor in peſte

## ELECTVARIVM LEticiæ Galeni ex Nicolao.

℞. Florum ocimi Charyophyllati



Croci
Zedoariæ
Xylobalſami, pro quo lignum aloes, quum in iſta deſcriptione non habeatur
Charyophyllorum
Corticum citrei mali
Galangæ
Macis
Nucis Muſcatæ
Storacis Calamithæ ana ʒ ij.s.
Aniſi
Raſuræ Eboris
Thymi
Epithymi ana ʒ j.
Camphoræ
Moſchi
Ambræ
Margaritarum perforatarum
Oſsium de corde cerui ana ʒ s.
Auri foliati meri, id eſt, puriſsimi. feingolt.
Argenti foliati meri ana ℈ j.
Sacchari albiſsimi
Fiat confectio ſolida
Si uero uolueris facere in forma liquida ſiue opiatæ, tunc adde
Succi Cydoniorum
Pomorum odoratorum dulciũ
Borraginis
Vini ueteris optimi, ana partes æquales in tanta menſura quanta deſpumãdo & decoquendo Saccharo ſatisfuerit, nulla enim aqua Saccharum diſſolui aut decoqui ad ſpiſsitudinem debet, in hac confectione.

¶ Læticiam colorisq; bonitatem efficit. Concoctionem iuuat, & Canitiem arcet.

## ELECTVARIVM LÆtificans Raſis.

℞. Seminis Meliſſæ

Corticum

Corticum Citrei mali
Charyophyllorum
Galliæ moſchatæ Meſuæ
Maſtiches
Croci
Cinnamomi
Nucis muſchatæ
Cardamomi maioris
Neremiſch, pro quo poteſt ſemen pæoniæ accipi
Been albi
Been rubei
Zedoariæ
Doronici
Seminis Ocimi
Seminis ocimi Caryophyllati ana ℥ s. ℈ j. gr. iiij.
Sacchari albiſsimi
Fiat confectio in tabulis.

Si uero uolueris facere in liquida forma, ut decet, tunc prædictas ſpecies ſequenti Syrupo miſce, & fac in modum opiatæ.

℞. Myrobalanorum Chebulorum, numero XL.
Emblicorũ, numero LX:
Aquæ lib. vj. aut quantum ſufficit.

Coquantur tritæ Myrobalani in prædicta aqua donec remaneat tertia pars, deinde cola, Colaturæ adde mellis deſpumati lib. ij. loco prædicti Sacchari, bulliat poſtea uſq; ad iuſtam ſpiſſitudinẽ, & inſperge ſpecies prædictas, poſtq́; feruor Sirupi remiſſior factus fuerit.

NEREMISCH, *apud Raſim eſt Roſa aſinina. Auerrois autẽ Interpres dicit, Pæoniam eſſe roſam aſinorum, ergo ſecundum hunc Neremiſch idem eſſet quod Pæonia: niſi Rhaſis de utraq;, ideſt, de Neremiſch, & de Pæonia, duo propria faceret capitula, tanq̃ de rebus diuerſis, Certo igitur ſtatuere non poſſumus, quid ſit Neremiſch.*



¶ Confortat omnia membra principalia, ex quibus uirtutes manant naturales & animales, iuuat calorem naturalem & ſpiritum uiuificat, compeſcit malas cogitationes, & bonos mores, lætitiam & gaudium gignit.

## ELECTVARIVM Pliri Sarcoticon, (πλήρη σαρκωτικόν) ſecundum deſcriptionem Nicolai.

℞. Cinnamomi
Charyophyllorum
Ligni aloes
Galangæ
Spicæ Indicæ
Nucis muſcatæ
Zingiberis
Spodij
Schœnanti
Cyperi
Roſarum
Violarum ana ʒ j. gr. xv.
Folij, loco ipſius Macis ſumatur.
Glycyrrhizæ
Maſtiches
Styracis calamitæ
Samſuchi, ideſt Maioranæ
Balſamitæ
Ocimi
Cardamomi
Macropiperis
Leucopiperis
Myrtillorum
Corticis Citrei mali ana ℈ ij. gr. xv
Margaritarum ſplendidarum
Been albi
Been rubei
Corallij rubei
Serici toſti ana ℈ j. gr. ij. s.
Moſchi gr. vij. s.
Camphoræ gr. v.
Sacchari albiſſimi

C Triſti-

¶ Triſtibus, melancholicis, imbecillo uentriculo, deliquio animi à corde proficiſcenti ſuccurrit. Memoriam amiſſam recuperat, ſenſus acuit, comitialibus, & aſtmaticis prodeſt, omnemq́; cerebri debilitatem auffert.

## LITHONTRIBON
S. deſcrip. Nicolai.

℞. Spicæ Indicæ
Zingiberis
Xylobalſami (aut ligni aloes ut ſup̄)
Acori (ſiue calami aromatici)
Cinnamomi
Peucedani (uidelicet radicis eius)
Meu (loco eius accipe ſeſeli cretici radicem .i. berwurtz)
Melanopiperis
Macropiperis
Leucopiperis
Saxiphragiæ ana ʒ ij. s.
Opobalſami (loco eius ſumatur oleū Iuniperi ex granis)
Charyophyllorum
Coſti
Rheupontici
Glycyrrhizæ
Cyperi
Tragacanthæ
Seminis (oluſatri .i. ſemen quod Macedonicum uocant)
Chamædryos
Seminijs Apij
Ammios
Seminis Aſparagi
Ocimi
Vrticæ
Citrei mali ana ʒ j. gr. xv.
Folij (aut ſuccedanei eius)
Croci
Schœnanthi
Ligneæ Caſsiæ (aut ſuccedanei eius)
Bdellij
Maſtiches



Ireos
Amomi
Liguſtici
Milij ſolis
Petroſelini Macedonici
Seſelios
Sinoni (de quo ſupra)
Cardamomi
Anethi
Euphorbij
Lapidis Lyncis
Olei Nardini
Olei Moſchellini ana ℈ j.
Sacchari albiſsimi

Si uolueris facere in forma Opiatæ, tunc ſpeciebus adde triplum mellis deſpumati, loco Sacchari. diutius enim durant ſpecies melle exceptæ q̃ ſaccharo, poteſt tamen utroq; modo fieri.

*Olei Moſchellini præparatio infra habebitur.*

¶ Præclarum ad indigeſtionem ſtomachi ex frigiditate, iliorum lumborumq́; dolorem compeſcit, lapides in renibus & ueſica potenter confringit, & inde mirabiliter expellit, Stranguriã & Dyſuriam è ueſtigio ſoluit.

## ROSATA NOVELla S. D. Nicolai.

℞. Roſarum
Sacchari
Glycyrrhizæ ana ℥ j. ʒ j. ℈ ij. s.
Cinnamomi ʒ ij. ℈ ij. gr. ij.
Charyophyllorum
Nardi .i. Spicæ Indicæ
Zingiberis
Galangæ
Nucis Muſcatæ
Zedoariæ
Storacis calamitæ
Cardamomi

Semi-

Seminis Apij ana ℈ j. gr. viij.
Sacchari albiſsimi

⁋ Confert apprime calori & ſiccitati Stomachi, Cordis, hepatis & pulmonis, ſitim compeſcit & uomitum, abſcindit debilitatem Stomachi, adſtringit laxa, Cordiacis ſubuenit, ſudorem diaphoreticum reprimit, ex Chronica infirmitate debiles recreat.

## ELECTVARIVM Diapæonias.

℞. Radicis peoniæ ℥ j.
Macis
Spicæ Indicæ
Croci
Corallorum rubeorum
Margaritarum non perforatarum
Maſtiches ana ʒ s.
Myrtillorum uerorum ʒ j. s.
Cinnamomi
Nucis Muſcatæ
Charyophyllorum
Folij, loco eius Caſſiæ ligneæ ueræ.
Zingiberis
Piperis longi
Cardamomi
Granorum paradiſi ana ʒ ij.
Glycyrrhizæ ʒ v.
Anacardij ʒ j. s.
Moſchi
Ambræ ana gr. vj.
Sacchari albiſſimi
Fiat cōfectio in tabulis in Aeſtate. In Hyeme uero adde ſpeciebus triplum mellis deſpumati, & conficiatur electuarium.

⁋ Confert Epilepſiæ.

## ELECTVARIVM reſumptiuum, S. D. Nicolai.

℞. Roſarum



Glycyrrizæ
Sacchari ana ʒ ij. gr. v.
Gummi arabici
Tragacanthæ ana ʒ ij. ℈ ij.
Sandali albi
Sandali rubei ana ʒ j. ℈ j.
Papaueris albi
Succi glycyrrhizæ
Amyli
Seminis portulacæ
Lactucæ
Scariolæ ana ʒ iij.
Charryophyllorum
Spodij, pro eo Eboris vſti.
Cinnamomi ana ʒ j.
Zingiberis
Styracis calamitæ ana ʒ ij.
Croci gr. v.
Penidiorum ℥ s.
Nucleorū ſeminis Cucurbitæ
Citrulli
Cucumeris
Melonis ana ʒ iij.
Seminis Cydoniorum ℈ ij.
Amygdalorum dulcium
Pineorum nucleorum
Berberis
Seminis Maluæ
Seminis Coti ſiue Bombacis
Seminis uiolarum
Sebeſten ana ʒ ij.
Cum Syrupi uiolati quantitate ſufficienti fiat Electuarium.

⁋ Reſtaurat humiditatem radicalem, lenit, humectat, nutrit, & confortat, aperit poros, obſiſtit Choleræ, ſedat febrem, tuſſim, & ſitim, reſtituet integras uires, & priſtinam ſanitatem extenuatur conſumptis & hecticis,

## DIACORVM S. D. Meſuæ.

℞. Radicum ſecacul

 Acori

Acori
Pinearum ana lib. j. s.

Radices Secacul mundatæ & inciſæ coquantur in aqua clara, donec aqua conſumatur, poſtea optime piſtentur, & in minutiſsimas partes conterantur, donec pulti ſimiles fiant. Deinde affunde eis Mellis odorati & optime deſpumati lib. x. coquantur lento igne, donec tota aqua, quam radices Secacul imbiberunt, in uaporem reſoluta ſit, diligenter agitando, ne ad uaſis fundum adurantur radices, cum autem iuſtæ ſpiſsitudinis cōſiſtentiam acquiſiuerit, ab igne depo nito, & adde Radices Acori tenuiſsime tritas & pineas minutiſsime inciſas.

Cum ſubſequenti puluere optime mixtas ℞.
Piperis ℥ j.
Piperis longi
Charyophyllorum
Zingiberis
Roſarum
Macis ana ʒ iiij.
Nucis Muſcatæ
Galangæ
Cardamomi ana ʒ iij.

Omnia iſta ſimul cum melle & radicibus Secacul miſceto & unito, diligenter agitando ne grumi aliqui relinquantur.

SECACVL *uerum eſt ſiſer, quod Germani uocant Gritzelmoren, & klingelmoren, Galli Eſcheruis & Seruiles, Bauari Nudle, Sueui Geyrle.*

ACORVS *.i. uulgo uocatus Calamus aromaticus. Meſuæ iubet etiam Acori radices elixari. Sed quia nos recentes & uirides non habemus ut ij, qui in calidis regionibus habitant, ideo melius eſt eas tritas melli admiſcere.*



Confert mirum in modum ægritudinibus neruorum, acuit omnes ſenſus & ingenium, ſedat dolores capitis, eſt peculiare remedium frigidarū ægritudinum, ſenū, & maxime catarrhi.

## PVLVIS AD EPIthema Cordis.

℞. Sandali rubei ℥ j.
Corticum citrei mali
Sandali albi
Roſarum
Corallij albi
Corallij rubei
Carabæ
Spodij (accipe Eboris uſti ana ℥. s.
Oſsis cordis Ceruini
Croci ana ʒ j.
Specierum lætitiæ Galeni
Specierum Electuarij de gemmis
Specierū Diamargariton ana ℈ iiij.
Camphoræ ℈ j.

In puluerem redactæ ſpecies commiſceantur.

## PVLVIS AD EPIthema Hepatis.

℞. Roſarum
Sandali albi
Sandali rubei
Abſynthij
Schœnanthi
Spodij pro eo Eboris uſti
Spicæ Indicæ ana ℥. s.

Contrita in puluerem miſce & repone.

CON-

# CONFECTIONES OPIATÆ.

## DIAOLIBANV: Secundum deſcrip. Nicolai.

℞. Caſtorei
Opij
Hyoſcyami albi ana ʒ iiij.
Caſsiæ ligneæ ʒ ij. ℈ ij.
Folij, aut ſuccedanea eorum.
Croci
Thuris maſculi ana ʒ ij.
Rheupontici
Amomi pro q̃ carpeſiū ana ʒ j. ℈ ij.
Myrrhæ ʒ j. s.
Spicæ Indicæ
Pyrethri
Euphorbij
Leucopiperis ana ℈ ij. s.
Pæoniæ
Storacis calamitæ
Macropiperis ana ʒ j.
Mellis deſpumati triplex pondus.

E S T *uero obſeruandum in omnibus opiatis, ut ſingulis uncijs ſpecierum miſceantur tres unciæ mellis deſpumati, ſi minus fuerit, exiccatur confectio facile. Si uero plus addatur, uires eius diſperguntur.*

T H V S *Maſculum, eſt Thus album aut flauū puriſsimum in globulos rotundos ſingulos, aut teſticulorum figura geminos concretum, ideoq; Maſculi cognomen accepit.*

¶ Vtile eſt ad diuerſas paſsiones capitis, hæmicranicum dolorē placat, & ſupercilij lachrymas potenter ſtringit, fauces rheumatizatas & arterias lenit, hæmoptoicis & tuſsientibus medetur, uomitum compeſcit, dolorem ſtomachi & nauſeam aufert, Peripneumaticis, pneumonicis, pleureticis, Empicis ſine dubio ſubuenit, Gonorrhœum & ſatyriaſim emendat, & menſtrualem ſanguinem ſiſtit.

MVSA



## MVSA ENEA SIVE Zazenea, uel Egetea ſecundum deſcrip. Meſuæ.

℞. Caſtorei
Myrrhæ
Opij
Melanopiperis
Macropiperis
Galbani
Coſti
Cinnamomi
Phu
Meu (aut loco eius Seſeli creticum, id eſt, beerwurtz)
Dauci
Azari
Croci ana ʒ iiij.
Mellis deſpumati optimi triplex pondus.

¶ Valet ad omnes paſsiones frigidas & uentoſitates craſſas, & dolorem dentium & corroſionem eorum, & ad frigus ſtomachi, & tarditatem digeſtionis, & Colicam, & difficultatem urinæ & ad frigus & phlegma & ad muccoſitatem urinæ.

## PHILONIVM MAius ſiue Romanum ſecundū deſcriptionē Nicolai.

℞. Leucopiperis
Hyoſcyami albi, id eſt, ſeminis eius ana ʒ iiij.
Opij ʒ ij. s.
Caſsiæ ligneæ aut ſuccedanei eius ʒ j. s.
Seminis Apij
Petroſelini Macedonici
Fœniculi
Dauci Cretici ana ℈ j. gr. v.
Croci ʒ. s.
Spicæ Indicæ
Pyrethri

Zedoariæ ana ℈ ſ. gr. v.
Cinnamomi ʒ j. ſ.
Euphorbij
Coſti ana ʒ j.
Mellis deſpumati optimi triplex pondus.

*Pro Dauco Cretico accipere licet Seſeli Creticum, id eſt, Berwurtz.*

¶ Emendat tuſsim cum uino mulſo oblatum, peripneumoniam cum hydromelite, ſanguinis ſputum cum polygoniæ ſucco, Indigeſtionem ſtomachi & uomitum cum puſca, dolorem hepatis cum œnomelite curat, ſpleneticis & aurigiꝰnoſis cum Oxymelite ſubuenit. Celiacis cum apozemate pegani, pleureticis, ilioſis, nephreticis & ueſicæ ſymptomatis cholericis medetur.

## PHILONIVM SEcundũ deſcrip. Meſuæ.

℞. Piperis albi
Seminis hyoſcyami albi ana ʒ xx.
Opij ʒ x.
Croci ʒ v.
Spicæ nardi Indicæ
Pyrethri
Caſtorei ana ʒ j.
Mellis deſpumati optimi triplum pondus.

¶ Mirum in modum mitigat dolores, præcipue ſtomachi, matricis, laterũ, totius uentris, & colicam cum decoctione chamæmeli uel rutæ, & ſtatim prouocat ſomnum cum aqua lactucę uel ſyrupo papaueris, tollit dolorem capitis, cũ decoctione Stœchadis, prohibet catarrum, cum decoctione olibani uel ſpicæ, contra ſpaſmum & paralyſim bibitur cum decoctione nucis muſcatæ, facilitat anhelitum cum decoctione baccarum lauri uel hyſſopi, & ſedat tuſsim cũ aqua mellis, prouocat urinam, facilitat mictũ, & frangit lapides ueſicæ cum decoctione Saxifragiæ uel aqua apij, compeſcit uomitum & fluxũ ſanguinis ex ore, cum ſucco plantaginis uel decoctione Maſtiches, & ſedat profocationes & ſingultus, & uitia matricis, & potenter ſomnum inducit.



## PHILONIVM EX GAleno & Ægineta.

℞. Croci ʒ v.
Pyrethri
Euphorbij
Spicæ Indicæ ana ʒ j.
Piperis albi ʒ xx.
Hyoſcyami ʒ viij.
Lachrymæ papaueris ʒ x.
Mellis deſpumati optimi triplum.

## PHILONIVM PERſicum S. D. Meſuæ.

℞. Papaueris albi
Hyoſcyami albi ana ʒ xx.
Opij
Terræ ſigillatæ (pro qua boli armeni ut ſupra) ana ʒ x.
Lapidis hæmatitis
Croci ana ʒ v.
Caſtorei
Spicæ Indicæ
Euphorbij
Pyrethri
Margaritarum
Carabæ
Zedoariæ
Doronici
Trochiſcorum Ramich ana ʒ j. de quibus infra.
Camphoræ ℈ j.
Mellis roſati optimi triplum.

¶ Inuentum eſt ad retinendum ſanguinem menſtruorum, hæmorrhoidarum, fluxum uentris, uomitum, & ſputum ſanguineum, præſertim ſiccum ſucco plantaginis diſſolutum bibatur, & ad fluxum menſtruorum mittatur in uuluam, & ad fluxum ſanguinis excoriatiuum clyſterizetur, Conſolidat fermè ulcera & uenas, & nihil eſt ꝙ magis & tutius præſeruat ab abortu prægnantem grauidam.

REQVI-

## REQVIES NICOLAI

℞. Roſarum
Violarum ana ʒ iij.
Opij
Hyoſcyami
Papaueris (uidelicet albi)
Mandragoræ (uidelicet corticum radicis eius)
Scariolæ, uidelicet ſeminis
Lactucæ, uidelicet ſeminis
Seminis portulacæ
Pſyllij
Nucis Muſcatæ
Cinnamomi
Sacchari ana ʒ j. s.
Sandali albi
Sandali Citrini
Sandali rubei
Spodij
Tragacanthæ ana ℈ ij. gr. v.
Mellis deſpumati optimi triplum.

¶ Requies dicitur, quia requiem accipientibus præſtat. Maxime tipicæ febricitantibus quotidianarijs, tertianarijs, quartanarijs, acutis & peracutis.

## TRYPHERA MAgna ſecundum D. Nicolai.

℞. Opij ʒ ij.
Cinnamomi
Charyophyllorum
Galangæ
Spicæ Indicæ
Zedoariæ
Zingiberis
Coſti
Storacis calamitæ
Calami aromatici
Cyperi
Iridis Illyricæ
Peucedani



Acori aut calami aromatici
Mandragoræ
Nardi celticæ
Roſarum
Piperis
Aniſi
Apij
Petroſelini Macedonici
Fœniculi
Dauci
Hyoſcyami
Cymini
Ocimi ana ʒ j.
Mellis deſpumati optimi triplum.

IRIS ILLIRYCA *eſt eadem quæ in Pharmacopolijs dicitur Ireos.*

NARDVS *Celtica ſiue Spica Celtica & Saliunca eſt eadem herba, quæ in pharmacopolijs dicitur Spica Romana.*

¶ Auxiliatur dolori ſtomachi ex frigiditate et cum accepta fuerit, ſtatim patientem ad ſudorem prouocat, phreneticis & mulieribus quæ ex melancholia de matrice inſomnes ſunt, rheumaticis, peripneumonicis, & qui excernunt excrementa cum ſanguine, utiliſsima eſt.

## TRYPHERA MInor Fœnonis.

℞. Myrobalanorum Chebulorum
Belleticorum
Indorum
Emblicorum
ana ʒ v.
Nucis muſcatæ
Naſturcij
Azari
Origani Perſici
Piperis
Olibani
Ammios
Zingiberis
Fructus Tamariſci ſatiuæ
Nardi Indicæ
Schœnanthi

Cyperi ana ʒ iiij.
Scoriæ ferri quinq; diebus in aceto maceratæ & deinde toſtæ ʒ xx.
Myrobalani cum Butyro recenti nõ ſalito aſſentur modicũ, reliqua oleo amigdalino dulci inuoluãtur, deinde addantur.
Moſchi ʒ j.
Mellis deſpumati triplex pondus.
Oportet autem diligenter attendere ne Myrobalani comburantur cum in Butyro aſſantur.

ORIGANVM *Perſicum idem eſt quod origanum orientale, naſcitur etiam in Creta Inſula, & Græcia, habet autem ſurculos, capitula, folia & ramulos maioranæ ſimilia, ſaporem uero inter Satureiam & Dictamnum Creticum mediũ, eſtq; ualde odoratum & aromaticum, affertur ex oriente in Italiam, loco autem eius accipere licet Dictamnum Creticum uerum.*

TAMARISCVS *ſatiua arbor eſt procera, Sed ea nos caremus, ideoq; cogimur loco eius noſtratis Tamariſci folijs uti.*

SCORIA *ferri propric ſignificat ferri recrementum, ideſt eyſen ſchlacken, Sed hoc non debet hoc loco accipi, ſed Squama aut Batitura ferri optimi aut Chalybis quam Græci Stomoma appellant.*

¶ Valet ad corruptionem & exuberantiam menſtruorum, & hemorrhoidarum, & ad corruptionem formæ, & debilitatem ſtomachi, & deſtruit humorem crudum, & clarificat colorem & confortat ueſicam, & abſcindit fluxũ uentris.

## TRYPHERA SARracenica S. D. Meſuæ.

℞. Myrobalanorũ Chebulorũ
Indorum
Bellericorum
Emblicorum
Citrinorum ana ʒ v.
Cinnamomi
Leucopiperis



Macropiperis
Melanopiperis
Sacacul .i. Siſeris ut ſupra
Folij (aut Succedanij)
Spicæ
Cardamomi maioris
Cardamomi minoris
Caſsiæ ligneæ (aut Succedaneũ eius)
Seitaragi Indi
Cyperi
Apij
Linguæ auis
Charyophyllorum
Been albi
Been rubei
Zingiberis ana ʒ ij.
Spicæ
Nucis Muſcatæ
Macis
Seſami excorticati ana ʒ iij.
Amygdalorum dulcium
Amygdalorum amararũ ana ʒ v.
Ligni aloes
Rhabarbari
Rutæ
Seminis Fœniculi
Maſtiches ana ʒ ij.
Ocimi Charyophyllati
Menthæ Siccæ
Origani Perſici (eius loco dictamnum creticũ accipe) ana ʒ j. s.
Fricentur Myrobalani tritæ cum butyro uaccino recenti & nõ ſalito, aliæ uero ſpecies cum oleo Amygdalino dulci, & confice cum mellis deſpumati optimi triplo.

SECACVL *non eſt Iringus, neq; Iringus qui habet folia Cretani marini, neq; ſigillum Salomonis. Sed uerum Secacul eſt ueterũ Siſer, hoc eſt radix illa quæ Germanice dicitur Klingelmorn, Gritzelmorn, Nudlen, & Geyrlen, Gallice Eſcheruis & Seruilles.*

LINGVA *auis eſt ſemen fraxini.*

SEITA-

SEITARAGI *Indum, eſt herba naſturcij odore & ſapore, folijs longis, radice ſimili eius herbæ quam Merretich uocant, Germanice dicitur Pfefferwurtz.*

¶Concoctionem uentriculi & hepatis ſuo calore iuuat, ob id flatus diſsipat, humores in uentriculo & alijs uiſceribus putres abſumit: oris & corporis odorem & colorem commendat, laſsitudinē tollit, ſanitatē præſentē tuetur, et morborum generationem prohibet, uenerē auget, hæmorrhoides ſanat. datur ʒ j. ad ʒ iij.

## TRYPHERA PERSIca S. D. Meſuæ.

℞. Succorū Solatri aut Solani
Endiuiæ ueræ & Satiuæ
Apij
Lupulorum depuratorum ana lib. j.
Proijciantur deſuper
Violarum ſiccarū aut uiridiū ʒ iij.
Foliculorum Sene ℥ ij.
Agarici ℥ j.
Prunorum Damaſcenorū pinguium numero XV.
Cuſcutæ ℥ s.
Myrobalanorū Citrinorum
Chebulorum
Indorū fricatorū in oleo uiolarum aut amygdalorū dulcium ana ʒ ij.
Spicæ Indicæ ʒ iij.
Bulliant molliuſculo igne donec ſuperſunt lib. ij. Et inijciantur Epithymi ʒ XL. Bulliant leuiter, deinde ab igne deponantur & percolentur, atq; diſſoluantur in una parte iſtius percolati.
Thamarindorum recentium ℥ iij.
Mannæ electæ ℥ j. s.
Pulpæ Caſsiæ ℥ iiij.
Sacchari uiolati lib. j.



Percolentur & mundentur à granis & ſordibus, atq; in aliam aquæ partem proijciantur.
Sacchari albiſsimi lib. iij.
Aceti uini lib. j.
Coquantur leuiuſculo igne, deinde proijciatur ſuper illud quod diſſolutū eſt in Succis, & aggregentur ſimul in unū, atq; coquātur donec mellis craſſitiem obtineat, poſtremo in puluerem redactæ ſequentes ſpecies inſpergantur.
Rhabarbari optimi ℥ ij.
Myrobalanorum Citrinorū ℥ j. s.
Myrobalanorū Chebulorū
Indorum ana ℥ j.
Myrobalanorū Bellericorum
Emblicorū ana ʒ iiij.
Seminis fumi terræ
Trochiſcorum diarhodon
Macis
Maſtiches
Cubebarum
Spodij (loco eius Eboris uſti)
Sandali Citrini ana ʒ ij. s.
Nucleorū ſeminis Cucurbitæ
Citrulli
Cucumeris
Melonis ana ʒ j. s.
Aniſi ʒ iiij.
Spicæ Indicæ ʒ ij.
Inuoluantur in oleo uiolato, & reponantur in uaſe uitreo.

¶Confert febribus acutis et inflammationi ſtomachi et hepatis, ictericis calidis, de oppilatione incolumitatē acquirit, uiſum à fumis cholericis deperditū reparat. Sitim mitigat, morbos aduſtionis fieri prohibet.

## CONFECTIO ANAcardina S. D. Meſuæ.

℞. Piperis nigri

Piperis longi
Myrobalanorũ Chebulorũ
Emblicorum
Belliricorum
Indorum
Caſtorei ana ʒ ij.
Coſti
Anacardij
Sacchari Tabarzeth
Seminis Erucæ
Baccarum lauri ana ʒ vj.
Cyperi ʒ iiij.
Anacardi per ſe terantur & alijs tritis admiſceantur, deinde omnia cõficiantur cum Butyri recentis non ſaliti
Mellis deſpumati ana ℥ v. s.

¶Eſt confectio ſapientum, et eorum qui deſiderant ſcire, acuit enim intellectum, ſubtilizat ſenſum, memoriam recuperat, et confert dolori ſtomachi et uentris à frigiditate facto, et clarificat ſanguinem, & colorem bonum facit.

## AVREA ALEXANdrina S. D. Nicolai.

℞. Azari
Carpobalſami (aut aliquod Succedaneum ut ſupra
Sem: Hyoſcyami albi ana ʒ ij. s.
Charyophyllorum
Opij Thebaici
Myrrhæ
Cyperi rotundi ana ʒ ij.
Opobalſami (loco eius oleum Charyophyllorum
Cinnamomi
Euphorbij
Folij (aut Succedanei eius)
Zedoariæ
Zingiberis
Coſti ueri
Corallij
Caſsiæ ligneæ ueræ



Tragacanthæ
Thuris maſculi
Meu
Storacis calamitæ
Saliuncæ (id eſt Spicæ Celticæ, quæ nunc Romana dicitur. Sed in Græco Alexandrino habetur eleleſphacon, id eſt, Saluia.
Cardamomi minoris
Seſelios
Seminis Napi
Seminis Saxifragiæ
Anethi
Aniſi ana ʒ j.
Ligni aloes
Rheubarbari
Aliptæ Moſchatæ
Caſtorei
Spicæ nardi Indicæ
Galangæ
Opopanacis
Anacardij
Maſtiches
Sulphuris uiui
Radicis Pœoniæ
Eringij (uidelicet radicis eius)
Roſarum
Thymi
Acori (ueri ſiue calami aromatici)
Pulegij
Ariſtolochiæ longæ
Gencianæ
Corticum Radicum Mandragoræ
Chamedryos
Phu
Baccarum lauri
Ammij .i. ammeos
Dauci Cretici (eius loco licet accipere Seſeli creticum .i. berwurtz.
Macropiperis
Leucopiperis
Xylobalſami (aut aliq̃d Succedaneũ
Carui

Amomi
Petroſelini
Seminis Liguſtici
Ruthæ
Sinoni ana ℥ s.
Auri cocti .i. omnino igne depurati & ſynceri.
Argenti meri
Ambarum Margaritarum
Blaccæ Bizantiæ
Oſsiū de corde cerui ana ℈ j. gr.xiij.
Limaturæ Eboris
Calami aromatici
Pyrethri ana gr. viij.
Mellis deſpumati triplum.

*IN Græco Alexandrino Nicolao & alia quædam precioſa habentur in fine ni fallor. Sicut uidebitur, ſi in lucem uenerit.*

MYRRHÆ. *Actuarius Author, quē Ruellius interpretatus eſt, pro Myrrha habet Myrti baccarū.i. Myrtillorū, facili ex altera in alterutrā uocem lapſu. nam Myrta in plurali numero Græcis ſunt fructus Myrti, quæ uox magnam habet ſimilitudinem cum Myrra.*

MEV *uero nos caremus, eius loco accipere licet Siſanis ſemen, quod iam dicitur amomum, aut Seſeli Creticum, hoc eſt, Berwurtz, ſed hoc inferius eſt accipiendum pro Dauco Cretico.*

NAPVS *eſt parua, denſa, ac ſolida rapa, quam appellamus Germanice Merſeburgiſch, Bortfeldiſch & Bairiſch rublein.*

PHV *uerum, quod ad medicinam requirunt Authores, non eſt Valeriana uulgaris. Sed alia herba quæ Germanice dicitur Gartēſeliunk, Teriacſkraut & ſpicwurtzel. Caulem & flores habet Valerianæ, radicem maiorem & odoratiorem, folia longa & mollia, colitur à nobis in hortis.*

AMOMVM *uerum, eſt Roſa Hierichuntis odorata, ſed eo Pharmacopolæ hactenus caruerunt, eius Succedaneum eſt uerus acorus, aut carpeſium.*

SINONVM *ſiue Siſon, ſiue Sinnus, ſiue Sinon eſt ſemen nigrum aromaticum, quod hodie amomum in pharmacopolijs uocitatur falſo.*

AMBARVM *Margaritarum, hoc eſt perforatarum & non perforatarum, alij legunt albarum Margaritarum. Actuarius habet ſimpliciter Margaritarum. nō male ergo quis aget, ſi tam perforatarū quàm non perforatarū, ana ℈ S. gr. vi. & S. acceperit. ita ex utriſq; unum fiet pondus, ui delicat ut Nicolaus habet ℈ j. gr. xiij.*



¶ Contra defluxiones capitis frigore conceptas efficax eſt, oculorū lachrymas exiccat, dentium dolores lenit, aduerſus capitis cruciatum ſummopere prodeſt, illitum fronti, comitiales, inſanos, uertiginoſos, et in uniuerſum omnem capitis noxam mulcet, tabidis, tuſsiculoſis, humorem à thorace reijcientibus, cardiacis, ſanguinem excreantibus præſenti eſt auxilio, iſthiaticis, coli et renum cruciatibus. Aduerſus iliorū noxam, difficultatem urinæ, et eiuſdem ſtillicidium ualet, calculos comminuet, omni uentris malo liberat, quotidianis et tertianis febribus circa acceſsionis initium, ſufferuefacto ſtœchadis iuſculo medetur.

## DIACODION SEcundum D. Meſuæ.

℞. Capitum Papaueris flaccidorum numero x.
Aquæ cœleſtis ſextarium j.
Coquantur ad tertias, id eſt, tamdiu uſquequo tertia pars aquæ ſuperſit.
Colaturæ expreſſæ adde
Sapæ optimæ ad tertias coctæ ℥ iij.
Mellis optimi ℥ j.
Coquantur ad perfectionem, deinde addantur
Acaciæ non ita aridæ ſed liquidæ
Hypociſthidis
Croci
Myrrhæ
Balauſtiorum hoc eſt florū ana ʒ ſ.
Ramich ʒ iiij.

FLACCIDORVM, *id eſt, non omnino recentium neq; aridorum, ſed medio habitu, qualia ſunt pridie decerpta.*

SEXTARIVS *menſuræ genus eſt, quod ſi melle repleatur pendet ℥ xxx. ſi oleo, pendet ℥ xviij. ſi uero aqua repleatur pēdet aqua ℥ xx.*

*hoc autem loco accipiendus eſt ſextarius aquæ cœleſtis .ergo aquæ oportet eſſe uncias uiginti ponderalis. Variãt tamen authores in ſextarij definitione ut inferius in ungentis dicetur.*

HYPOCISTHIS, *id eſt, ut hodie corrupto nomime uocant, Hypoquiſtidos.*

RAMICH, *compoſitio eſt peculiaris quæ ponitur in Trochiſcis.*

MELLIS *quantitas admodum parua uidetur eſſe in hac confectione, Actuarius aliud habet Dia Codium quod huic ſubijciemus ſtatim.*

¶ Confert eis quibus ex capite ad pectus & ad pulmonẽ ſubtiles Catarrhi defluunt, & ſunt cauſa tuſsis.

## DIACODION SEcundum D. Actuarij.

℞. Capita papaueris, neq; per q; uiridia neq; etiam ariditate exucta numero XIII.
Roſarum Ↄ j. ℈ j. s.
Croci
Acaciæ
Dulcis radicis .i. Glycyrrhizæ ana ʒ j
Armenæ Glebæ .i. boli armeni ℥ s.
Cinnamomi
Hali
Hypociſthidis
Florum Sylueſtris Punicæ, id eſt, bauſtiarum ana ʒ j.
Myrti
Dauci ana ℥ j.
Corallij candidi .i. albi
Corallij rutili .i. rubei
Rhus culinarij
Sanguinis Draconis
Florum Altheæ ana Ↄ j.
Seminis portulacæ ℈ j. s.
Capita Papaueris in cœleſti imbre ſufficienti duos dies macerato, poſtri die ad tertias coquito, & decoctũ expreſſum ad iuſtam conſiſtentiam coquito cum Mellis optimi lib. ij.



Poſtremo depoſito ab igne uaſe ſpecies ſubtiliſsime tritas adijcito, & bene unito.

*Ↄ. hoc ſignum ſignificat pondus, quod dicitur Sicilicus, pendet autem tantum quantum ʒ ij. Et eſt quarta pars unciæ unius.*

HALVS *aut Halum ſiue Alum eſt conſolida ſaxatilis .i. Symphytum petreum, quod hodie nõ habent Pharmacopolæ ideoq; neceſſe eſt Symphyti ſiue Conſolidæ maioris radices accipere, nam Galenus dicit, utile eſſe magnum Symphytum .i. Conſolidam ad omnia, ad quæ Petreum .i. Alum.*

RHVS *Culinarij .i. ut nunc uocant Arabico nomine Sumach, oportet autem enucleatum, & pulpam eius accipere.*

¶ Auxilio eſt cœliacis, dyſentericis, lenitati inteſtinorum, alui profluo cum aqua cœleſti, in qua ſpodium inferbuerit, aut ſuccinum torrefactum, uel cum ſtillaticio roſarum liquore.

## DIACASTORIV SEcundum D. Nicolai.

℞. Caſtorij
Myrobalanorũ Citrinorũ ana ʒ iij.
Aloes ʒ j. s.
Folij. (aut Succedanei eius)
Anthimonij
Pyrethri
Glycyrrhizæ
Tragacanthæ
Calami aromatici
Nitri
Galbani
Spicæ Nardi Indicæ
Schœnanthi
Opopanacis
Caſsiæ ligneæ
Leucopiperis
Macropiperis
Melanopiperis
Xilobalſami (pro quibus Cha-
Carpobalſami ryophyllorum)

Colo-

Colocynthidis
Sagapœni
Rheupontici
Storacis calamitæ
Zingiberis
Cinnamomi ana ʒ j. gr.ij.
Aſæ fœtidæ
Myrrhæ
Euphorbij ana ʒ j. gr.xvij.
Staphiſagriæ
Dauci
Fœniculi
Petroſelini
Apij
Sileris montani
Baccarum Lauri
Petrolei
Seminis Sinoni
Storacis calamitæ rubeæ
Sanguinis draconis
Cardamomi
Thuris
Agarici
Maſtiches
Salis Hammoniaci
Zedoariæ
Aniſi ana ℈ j. gr.ij.
Thymbræ
Hyſſopi
Pulegij
Chamœdryos
Origani
Balſamitæ
Ocimi
Radicis Brancæ urſinæ
Dictamni,uidelicet Cretenſis
Seminis Rutæ
Ariſtolochiæ longæ
Ariſtolochiæ rotundæ
Mabathematicon
Azari
Saluiæ uidelicet minoris
Roſarum
Bdellij ana gr.xvij.



Epithymi
Polipodij quercini
Opobalſami (loco eius oleum Charyophyllorum) ana gr.xiiij.
Alypiados
Capparis.i. radicis eius ana gr.xj.
Peucedani
Abſinthij ana gr.vij.
Anacardij
Sabinæ
Gentianæ
Corticõ rad.Mandagoræ ana gr.xj.
Ireos gr.iij.
Mellis deſpumati triplum.

PETROLEVM *hoc loco accipiendum eſt clarum flauum atq; liquidiſſimæ tenuitatis, & non nigrum & craſſum.*

STORACIS *rubeæ.i. Calamitæ rubeæ, hoc enim loco nõ eſt accipiendus cortex ille fuſcus & aridus,quem uocant Thymiama atq; male Storacem rubeam.Sed Storacis Calamitæ puriſſimæ guttæ quibus ruffus eſt color.*

SALIS *Hammoniaci, hodie dicunt Armoniacũ,eſt autem hic duplex. Facticius quo utuntur Chymiſtæ, Aurifabri & ærarij. Atq; Natiuus, qui ad medicinã recipitur. Cũ aũt careamus natiuo,neceſſe eſt eius loco ſalem gemmeũ accipere. Nã hoc loco non requiritur ſal hammoniacus facticius, ut puto, poteſt tamen tantilla eius portio tuto miſceri tam numeroſis ſimplicibus huius compoſitionis.*

BRANCA *urſina, hoc loco non ſignificat eam herbam quam Germani Bernklaw uocant, foliis aſperis,umbella & ſemine anethi,odore & ſapore amicũ,radice acri & feruida, Sed eam brancam quæ in Italia urſina uocatur,radicibus longis, Tragacanthæ modo mucoſis.*

MABATHEMATICVM *aiunt eſſe cauliculi Sylueſtris ſuccum, eſt autem Cauliculus ſeu caulis agreſtis id olus,quod Cato & alij rei ruſticæ ſcriptores apud Latinos Braſſicã ſilueſtrem uocant, cuius multæ ſunt ſpecies.*

ALYPIAS *ſiue alipum quid ſit nondum conſtat,quidam interpretantur Mezereon .i. Chameleam,ſed falſo,utrumq; enim ſeorſim peculiari capite ab authoribus depingitur, uires habet acres*

*& atram bilem per aluum purgandi, poſſumus autem eius loco accipere Epithymbrum, Thymbram, aut Thymum.*

Confert cephalalgicis, epilepticis, uertiginoſis, hæmicranicis, paraliſi omnium membrorum, et omnibus frigidis egritudinibus, tempore frigido nocentibus confert.

## MICHLETA SECVNdum deſcriptionem Nicolai.

℞. Myrobalanorũ Citrinorũ
Chebulorum
Indorũ oĩm toſtorũ ana ʒ ij.s.
Bellericorum
Emblicorum toſtorum ana ʒ ij.
Naſturcij .i. Seminis eius ʒ ij. s.
Cymini
Aniſi
Fœniculi
Ammios
Carui ana ʒ j. s.
Omnia cruda terantur & macerentur in aceto uini modico xxiiij. horis, exiccentur cũ inſperſo aceto, poſtea torreantur ſupra prunas, toſtis addantur ſubſequentia,
Spodij .i. Eboris uſti
Balauſtiorum
Pulpæ Sumachij
Maſtiches
Gummi arabici ana ʒ j.gr.xv.
Omnia cũ oleo roſato fricentur, & cõmiſceantur cũ Syrupi myrtini triplo.

Proprie ualet ad hæmorrhoides, & ad uentris torſionem & rugitum lienteriæ, & dyſenteriæ, & optima eſt omni ſolutioni uentris.

## ELECTVARIVM DE Baccis Lauri S. D. Raſis.

℞. Rutæ ʒ x.
Ammios



Cymini
Nigellæ
Liguſtici .i. Seminis eius
Origani
Carui
Amygdalorum amarorum
Piperis nigri
Piperis longi
Menthaſtri
Dauci
Acori
Baccarum Lauri
Caſtorij ana ʒ ij.
Sagapeni ℥. s.
Opopanacis ʒ iij.
Mellis deſpumati triplũ.i.lib. j. ℥ iiij. ʒ vij.

SAGAPENVM *corrupto nomine uocatur Serapinum in Pharmacopolijs.*

Valet ad colicam & iliacam paſsionem & doloribus inteſtinorum ex cauſſa frigida uel uentoſa.

## DIASATYRIV: SEcundum deſcrip. Nicolai.

℞. Teſticulorum Satyrij recentiũ, denſorum.
Radicum Paſtinacæ ſatiuæ recentiũ.
Radicum Secacul .i. Gritzelmoren.
Nucis Indicæ
Pinearum
Piſtaciorum ana ʒ xij.
Charyophyllorum
Zingiberis
Aniſi
Erucæ ſeminis
Linguæ auis .i. ſemẽ fraxini ana ʒ v.
Cinnamomi
Caudarum ſcincorum
Seminis bulbi ana ʒ ij. s.
Moſchi gr.vij.
Mellis deſpumati optimi lib. iij.

SATY=

ſATYRION *habet duas radices, unam ſolidam, alteram flaccidam, ex his tantum ſumendæ ſunt denſæ & ſolidæ.*

SEMINIS *Bulbi. Bulbus uulgo non eſt cognitus, quare eius loco urticæ ſemen accipere licet.*

SCINCORVM. *notandum eſt imprimis non eſſe accipienda reptilia illa quadrupedia ex foßis, quæ nos uocamus Waſſermolchen ſiue Waſſer Eydexen, ut hactenus factitatum eſt, ueri autem ſani iam denuo in copia afferuntur ex Alexandria Ægypti, quos à Materialiſtis expetant Pharmacopolæ in poſterum.*

¶ Pollet contra ueſicæ & renum imbecillitatem, iis etiam auxilio eſt qui urinam reddere nequeunt, uenerem ſtimulat, eamq́ꝫ certa de cauſa ceſſantem, haud ſegniter teſtituit.

## DIASATYRIV aliud S. D. Meſuæ.

℞. Secacul albi & mundi & elixati in decocto Cicerum, quorum prima aqua in qua decoquebantur ſit effuſa lib. j.
Teſticulorum uulpis ℥ viij.
Radicis Rhaphani ℥ iij.
Radicis Luph plani ℥ ij.
Terantur hæ tres radices poſteriores & infundantur ſuper eas lactis Bubuli aut Ouilli tantum, ut lac duos digitos emineat, adiiciendo
Olei Seſamini
Butyri recentis non ſaliti ana ℥ iiij.
Coquantur cum facilitate uſqꝫ ad cõſumptionem lactis, & donec omnino remollitæ ſint radices, & habeant iuſtam ſpiſſitudinẽ inſtar pultis craſſioris, nam ſi aqueum quod in lacte & radicibus eſt non conſumatur, ſitum contrahit hoc medicamentum.
Poſtea adfunde omnibus hiſce prædictis radicibus,
Mellis deſpumati optimi lib. vj.
Succi Ceparum recentium lib. j. s.
Coque omnia ſimul ad perfectam de



coctionem, deinde ab igne depone, & inſperge ſubſequentium ſpecierũ minutiſſimum puluerem.
Caudarum Scinci cum renibus & Sumine ℥ j.
Seminis Erucæ
Zingiberis
Been albi
Been rubei
Linguæ auis. i. ſemen fraxini arboris
Seminis naſturcij
Cinnamomi
Piperis longi
Seminis Baucíæ
Seminis napi
Pulpæ ſeminis Aſpargi maxime recentis ana ʒ iiij.
Confice cum eis, ultimo uero adiiciantur ſubſeqentia,
Pinearum mundatarum lib. j. s.
Fiſticorum ideſt Piſtaciorum mundatorum ℥ x.
Confice & miſce omnia optime, & aromatiza cum
Moſchi boni ʒ j.

RADICIS *Raphani uidelicet ſatiui quam uocamus rettich.*

LVPH *planum, Duplex eſt Luph (ideſt Serpentaria) criſpum ſcilicet & planum, Criſpum folia habet diuiſa & criſpa. Planum uero lata & plana ueluti aron, unde utriqꝫ nomen inditum eſt. Vulgo autem apud nos caremus Luph, ideſt uera Serpentaria, ideo eius loco accipiendæ ſunt radices herbæ quam aron uocant.*

TESTICVLI *uulpis, hoc loco non ſunt accipiendi teſtes animalis, dicti uulpes. Sed radices Satyrij ſiue Orchios, quæ habent ſimilitudinem teſticulorum uulpium, Vnde etiam nomen herba accepit, qua in re quoſdam turpiter erraſſe ſcio.*

NAPVS *eſt paruum oblongum denſumq́ꝫ rapum, cuius ſunt ſpecies plures, Bayeriſche rublein, Steckrublein, Merſeburgiſch & Bortfeldiſch rublein.*

BAVCIA *eſt paſtinaca ſatiua ſiue Caryota,*

ti, *Gelbenmoren Germani uocant.*

FISTICUM *ſiue Phiſticum, idem eſt quod Piſtachium ſiue Piſtacium.*

¶ Valet ad erectionem uirgæ, multiplicat ſperma, & deſiderium coeundi.

## THERIACA SECVNdum deſcrip. Andromachi.

℞. Trochiſcorũ ſcylliticorũ ʒ xlviij.
Trochiſcorum de uipera
Trochiſcorum Hedychroi
Piperis nigri
Opij Thebaici ana ʒ xxiiij.
Roſarum
Scordij Cretici
Seminis Buniadis agreſtis
Iridis Illyricæ
Agarici albi pontici .i. in ponto nati
Cinnamomi
Succi Glycyrrhizæ
Opobalſami (loco eius olei Charyophyllorum ana ʒ xij.
Myrrhæ Trogloditicæ
Croci Cilicij
Zingiberis
Rheupontici .i. Rhabarbari
Radicum Quinq; folij
Calaminthæ montanæ
Marrubij Comarum
Stœchadis Comarum
Coſti recentis, uidelicet ueri, non adulterini.
Piperis albi
Piperis longi
Dictamni Cretici
Thuris maſculi
Petroſclini Macedonici
Schœnanthi
Terebinthinæ Chiæ .i. in Chio inſula natæ
Caſsiæ fiſtulæ, uidelicet Caſsiæ ligneæ ueræ
Spicæ Nardi Indicæ ana ʒ vj.
Gentianæ
Polij minoris comarum
Styracis optimæ
Seſelios maſsilienſis
Abrotoni
Seminis Thlaſpios
Ammij
Chamœdryos comarum
Chamæpityos comarum
Hypociſthidis
Malobathri
Nardi Celticæ .i. Spicæ Romanæ
Aniſi Helladici .i. cognomen Aniſi à regione ubi optimum eſt
Meu Athamantici
Fœniculi
Sigilli Lemnij, aut Boli armeni
Chalcitidis ſemiaſſatæ
Amomi racemi
Acori
Cardamomi
Phu pontici (accipe uerum, quod in hortis colitur)
Carpobalſami
Hyperici comarum
Acaciæ liquidioris
Gummi uermiculati
Dauci Cretici
Galbani puri
Opopanacis
Sagapeni Perſici
Bituminis Iudaici .i. Aſphalti
Centaurij minoris comarum
Caſtorij
Ariſtolochiæ tenuis ana ʒ ij.
Vini ueteris odorati, quantum liquoribus & gummis diſſoluendis ſatisfecerit. Mellis deſpumati optimi triplũ. hoc eſt lib. xiiij. ℥ vj. ut ſequetur paulo poſt.

Confice ſic. Cinnamomum Crocumq; (ut Aetius uult) unum quodq; per ſe terito, & ſi uoles etiam Rhabarbarum

barum & Hedychroos Trochiſcos, miſce deinde inuicem optime, poſtea reliquas herbas ac radices & omnia arida ſimiliter tundito, ſemper ſimilia cũ ſuis ſimilibus, aromata per ſe, ac reliqua etiam per ſe ſeorſim. Poſtea (ſi Aetium imitari eſt animus) Crocum, Caſsiam, Cinnamonum & Lemniam terram in pila cũ uino optimo tere atq; unito, ac reliqua omnia ſecundum artem addito, & melle deſpumato uniuerſa excipito.

Ego uero ita præparare conſueui ſimili ferè ratione.

℞. Piper nigrum
Piper album
Piper longum
Iridem Illyricam
Zingiber
Coſtum
Amomum (aut eius Succedaneum)
Acorum
Cardamomum
Carpobalſamum

Incidenda minutim cõcidito & in minutiſsimum puluerem conterito, & per anguſtiſsimum cribrum excernito, poſtea in ſcatula diligenter ne expiret obſtructa reponito, donec reliquis admiſceas. Poſthac

℞. Radices Quinq; folij
Gencianam
Meon (aut eius Succedaneum)
Phu
Dauci Cretici radicem (aut eius Succedaneum)
Ariſtolochiæ tenuis radicem
Roſas
Trochiſcos ſcyllíticos
Scordium
Trochiſcos de uipera
Calaminthen montanam
Marrubij comas
Stœchadis comas



Dictamnum Creticam
Schœnanthum
Polij montani minoris comas
Abrotonum
Chamædryos comas
Chamæpityos comas
Nardum Celticam
Hyperici comas
Centaurij minoris comas atq;
Caſtorium, & ſemina omnia.

Concidito omnia minutim, teritoq; in tenuiſsimum puluerem, & per anguſtiſsimum cribrum excutito, Excuſſum puluerem prędicto quem repoſuiſti adijcito, diuq; donec perfecte commixti ſint in mortario terito, adhibita diligenti cura, ne quid inter tundendũ excernẽdumq; pereat, aut temere ponderi decedat, mox è mortario exemptũ puluerem iterum ne expiret reponito, uſquequo omnia conficiantur. Interea

℞. Agarici optimi albiſsimi, atq; in longa rectaq; capillamenta fiſsilis, fruſta electa, ab hijs Scobina deradito ℥ ij. Sed quia non facile per ſe tunditur, neq; etiam cum alijs, propterea quod in puluerem uolatilem reſolutus euaneſcit, ita ut multum ponderi eius decedat, ideo ad Scobem Agarici prædictam infunde optimũ uinum & fac Trochiſcos minutos in tepida umbra exiccandos, exiccatos minutiſſime contundito atq; per cribrum excernito anguſtiſsimum, excreti deinde Agarici cape pondus quod requirit compoſitio, uidelicet ʒ xij. & prædicto puluerí ſumma diligentia commiſceto, quo facto

℞. Opium
Succum Glycyrrhizæ
Myrrham
Acaciam
Gummi

Hypociſthida

Cōcidito omnia in minutas partes & mixtis ſuperinfundito uini optimi quantum diſſoluendis atq; eliquandis ſuccis ſatis fore conieceris, exprimito, poſtea per rarum colum liquefactam & modice calefactam pulticulam colato, ita ut nihil præter ſordes in colo remaneat. Quòd ſi ſucci & liquores iſti ſordidi & ſurculis folijsq; pleni fuerint, ponderi eorum aliquid addendum eſſe facile æſtimare quis poteſt, quod in ſequentibus denſatis liquoribus etiam obſeruandum eſt.

℞. Galbanum

Opopanacum & Sagapenum, hæc affuſo optimo uino modeſte ſupra prunas diſſoluantur, & per rarum linteum fortiter exprimantur, his diſſolutis.

℞. Thus maſculum

Bitumen Iudaicum, terantur quàm minutiſsime poterint, addendo Terebinthinam & ſincerißimā aut ex Scobe ac Sordibus expreſſam Styracem, diſſoluantur lento admodum igne cum mellis deſpumati ſufficienti copia, & ita calidam pulticulam poſtea cum reliquis calentibus miſceto, & diligenter agitato ne rurſus in grumos concreſcant Thus & Bitumen, ubi refrixerint, quapropter aliquid de contuſorum puluere eſt admiſcendum. Quòd ſi hoc modo diſſoluere & miſcere diffidas, bitumen & thus una cū reliquis aridis tundito, & tantum Styracem atq; Terebinthinam diſſoluito atq; melli deſpumato calenti admiſceto. hijs factis

℞. Cinnamomum

Malobathrum (aut eius Succedaneū)

Caſsiam fiſtulam ueram

Trochiſcos Hedychroi

Spicam Nardi Indicam, & ſimul tundito in tenuiſsimum puluerē, poſtea



℞. Crocum

Rheon ſiue Rhaponticum, id eſt, quod hodie Rhabarbarum uocatur, & unum quodq; ſeorſim tundito, deinde miſceto.

Trochiſcorum Hedychroi

Cinnamomi

Caſiæ

Spicæ Nardi

Croci, & Rhei Pontici pulueres diligentiſsime, poſtea

℞. Mellis optimi & Aromatici, quale è Lithuania Dantiſcum affertur, deſpumetur ſedulo, deſpumati poſtremo mellis ſume lib. xiiij. ℥ vj. ex eo modicum infunde in amplum ahenū ex aurochalco factū, & inſperge paulatim commiſtos paulo ante Trochiſcorum Hedychroi, Cinnamomi, Caſiæ, Spicæ, Croci & Rheipontici pulueres, alternis uicibus, mel deſpumatum tepidum, atq; pulueres inijciendo, quæ diligentiſsime interim piſtillo ligneo agitanda ſunt. cum hæc optime fuerint cōmixta & floridū puniceūq; colorem cōtraxerint, inijcito Lemniā terrā antea ſubtiliſsime per ſe, deinde cū uino tritam, & unà etiā Chalcitida aſſatam, quam hoc modo aſſabis, Accipe puriſsime Chalcitidis circiter ℥ iij. eā in fictile nō ita profundum iniectam, ſupra prunas ponito, donec liquefiat & bulliat, deinde ab igne auferto, & abijcito id quod in ſuperficie durum eſt atq; ruffeſcit, & ex medio eius ſume ʒ iiij. & cum uino tritam atq; diſſolutam medicamento admiſce. Poſtea paulatim etiā infundito tepefactos liq̄res & ſuccos quos antea in uino diſſoluiſti, alternis uicibus, ſuccos, mel & reliquos pulueres quos primo contriuiſti inijciens, ſimul etiam admiſce Styracem Terebinthi-

binthinamq; & opobalſamum, ita ut omnia exactiſsime admiſceātur, atq; ſigillatim mel & pulueres commiſce, donec uniuerſa unita & in unam ſubſtantiam redacta ſint, aſsidue agitando, ne grumi aliqui relinquantur, aut nodi. Poſtquam uero optime totam confectionē miſcueris, indito in uas ex denſa materia factum, uidelicet ex plumbo albo, quod hodie ſtannū appellant, oportet uero ut tertia aut quarta pars uaſis relinquatur uacua, ut efferueſcens medicamentum attollere ſe queat nec effluat. Reponendū autem eſt hoc medicamentum donec ferueſcat in tepido & ſicco loco, poſtquam uero ſubſederit, in frigido & ſicco loco conſeruandum erit. Porrò ego hac ratione præparaui Theriacen, alij uero paulo aliter conficiunt. Sed omnium peſsime faciunt, qui ſuccos & liquores & reliqua omnia ſimul tundunt, & poſtea tuſum puluerem impuro melli incoquunt. Animaduertendū etiam eſt, ne uini pluſquam opus ſit liquoribus & ſuccis diſſoluendis adfundatur. Nam ſi ultra modum uinum ſuccis addatur, ſitum contrahet Theriaca, propterea etiam non conſueui Caſiam & Crocum & Cinnamomum uino permiſcere, ſed mel. nam aquoſius eſt uinum noſtrate. quod intelligentes quidam ex recentioribus, qui de compoſitis medicamentis ſcripſerunt, iubent pro uino accipere coctum muſtum, hoc eſt ſapam, paſſum aut defrutum, quibus tamen non aſſentior. Nam hæc uina ſunt ſpiſsiora quàm ut in eis concreti atq; denſati ſucci & liquores diſſolui queant. Nam eius tantum rei gratia uinum Antidoto huic permiſcere ſoliti ſunt ueteres, quos & nos imitabimur.



*Hæc deſcriptio eſt ſumpta ex Aëtio, paulopoſt ponetur ea quam tranſtuli ex Græco carmine Andromachi ſenioris.*

VIPERÆ *ſerpentes ſunt in Italia, inde etiam facti ex eis Trochiſci petendi ſunt.*

TROCHISCI *Hedychroi inferius in Trochiſcis deſcribentur.*

PIPERIS *nigri. Andromachus ſenior qui inuentor eſt huius compoſitionis hoc loco habet* PIPER *longum in Carmine Elegiaco Græco.*

SCORDII *Cretici, optimum ſcordium naſcitur in Creta inſula, nos interim noſtrate utamur, ſatis efficaci. Porrò uerum ſcordiū herba eſt Chamædryi ſimilis, odore aliquo Allij, & nullo modo allium Silueſtre, ut hactenus magno errore crediderunt, naſcitur in Saxonia, quemadmodum & circa Nurnbergam.*

BVNIAS *.i. Napus, quid uero ſit Napus dictum eſt in Diaſatyrio Meſuæ & ante etiam.*

MYRRHÆ *Trogloditicæ. Trogloditæ populi ſunt Arabibus uicini, apud quos optima naſcitur Myrrha.*

OPOBALSAMO *uero caremus, ideoq; eius loco accipiendum eſt Succedaneum aliquod, ueluti eſt oleum Charyophyllorum.*

CROCI *Cilicij .i. in Cilicia Aſiæ regione nati, & idem eſt quod Crocus orientalis.*

RHAPONTICVM *hoc loco ſignificat Rhabarbarum, nam magna illa, radix quam hodie Rhaponticum uocant, falſo hoc nomen habet.*

COMÆ *ſunt folia & flores plantarum.*

PIPERIS *longi. Andromachus ſenior hoc loco habet,* PIPER *nigrum, Iunior uero Andromachus .i. Senioris filius ordinem nigri & longi piperis inuertit, quem in hac compoſitione ſequimur, paulo poſt etiam Senioris Theriacam adſcripturi.*

DICTAMNVS *Creticus folia habet alba, lanugine obducta, guſtu acria, ut Thymus, affertur rurſum ex Creta inſula ad nos.*

CASSIA *fiſtula hoc loco ſignificat Caßiam ligneam ueram, quæ iam iterum affertur, eſtq; Cinnamomo ſimilis.*

POLIVM *montanum duplex eſt, unum pluribus Surculis fruticoſum ac humi ſparſum, alterum candidius & rectius ſe attollens, maius naſcitur apud nos. Minus affertur ex monte Peſſulano,*

*& hæ ſunt ueri polij ſpecies, & totam hyemem uirent, ut Lauendula aut Thymus, uulgo non habuerunt uerum polium Pharmacopolæ uſq; ad hoc tempus.*

STYRAX *.i. Storax calamita. accipienda autem eſt hoc loco puriſsima eius reſina, in micas concreta.*

SESELI *.i. Sileris montani, dicitur autem Maßilienſe, à Prouincia Maßilienſi, in qua prouenit optimum.*

THLASPI, *eſt ſpecies agreſtis naſturcij, quæ paßim naſcitur ſecus uias, ſemine ruffo, ſapore acri & glutinuſo, quod ut habeant, diligenter curent Pharmacopolæ, uocatur Germanice wegekreſſen.*

CHAMÆPITIIS, *uera eſt Iua, herba eſt tenuibus folijs, floribus paruis, & luteis, naſcitur copioſe ad Rhenum in Franconia in uineis & agris quieſcentibus, præſertim Spiræ, Vuormaciæ & Vuirtzburgi & alijs locis.*

MALOBATHRVM *eſt folium Indum, cuius ſuccedaneũ eſt Spica tam India quã Celtica.*

MEV *non habemus, loco eius ſumimus Seſeli Creticum .i. Berwurtz. aut potius Siſon, hoc loco, inferius enim ſequetur Daucus Creticus.*

SIGILLVM *Lemnium .i. terra Sigillata, quæ ſignatur in Lemno inſula, in qua effoditur hæc terra, in cuius defectu ſumatur bolus armenus leuanticus.*

CHALCITIS *hodie non à quouis cognoſcitur, eſt autem uitrioli natiui ſpecies, hac qui carent, accipere poſſunt uitriolum uiride optimum, quale eſt Goßlarianum in Saxonia. Porrò Andromachus mihi uidetur Chalcitida Theriacæ miſcuiſſe nigri coloris gratia, qui color ab omnibus in Theriaca requiritur ſine aliqua ratione. Mihi itaq; uidetur non neceſſario eam addi. Nam horribili et æruginoſo ſapore totam compoſitionem inficit. At cum ego aliquando in Theriacæ compoſitione non adieciſſem Chalcitida, ſaporem gratiorem acquiſiuit hoc medicamentum. Conſulantur igitur hac de re Doctores Medici.*

AMOMO *uero caremus, eius loco accipimus Carpeſium, aut Acorum uerum .i. noſtrum Calamum aromaticum.*

ACORVS *uerus, eſt illa radix, quam hodie falſò uocant calamum aromaticum.*



ACACIA, *ſuccus eſt, fructus ex arbore, è qua deſtillat gummi Arabicum, loco eius accipimus Syluestrium Prunellorum ſuccum inſpiſſatũ.*

GVMMI *uermiculati .i. Arabici gummi, quod concretum eſt in grumos uermium figura.*

DAVCI CRETICI *uice accipere licet Seſeli Creticum, id eſt, Berwurtz, uidelicet radicem eius.*

SAGAPENVM *hodie uocant Serapinũ, quod in Perſide optimum prouenit. Senior Andromachus Sagapeni habet ℥ iiij. iunior uero tantum ℥ ij.*

ARISTOLOCHIA *tenuis .i. Ariſtolochia noſtra longa uulgaris.*

¶ Theriaca in omnibus antidotis ob multiplicem uſum potiores partes obtinet. Eſt enim famoſa & ſalubris contra genera egritudinum plurima, ualet enim ad grauiſsimas paſsiones totius corporis humani, Epilepticis, catalepticis, apoplecticis, cephalalgicis, ſtomachicis, hæmicranicis prodeſt. Ad raucedinem uocis & conſtrictionem pectotis optima eſt, arteriacis, aſthmaticis, hæmoptoicis, ictericis, hydropicis, peripneumonicis, ilioſis, & uulnera in inteſtinis habentibus, Nephreticis, calculoſis ſubuenit, menſtrua educit, & fœtũ mortuum expellit, lepras, & uariolas & frigus, & cæteras paſsiones inueteratas emendat. Præcipue contra omnia uenena & ſerpentiũ morſus et reptilium ualet. Sed diuerſa eſt eius doſis pro quantitate & qualitate uniuſcuiuſq; paſsionis. Omnem defectionem ſenſuum releuat, Cor, cerebrum, hepar, ſtomachum cõfortat, totũ corpus incorruptũ ducit & cuſtodit.

## THERIACA ANDROmachi Senioris, è carmine eiuſdem Elegiaco tranſlata.

℞. Trochiſcorum Scylliticorum ℥ xlviij.
Trochiſcorum Theriacorum
Piperis longi
Liquoris Papauerini, ideſt opij
Magmatis Hædychroi ana ℥ xxiiij.
Foliorum Roſarum ſiccarum
Iridis Illyricæ, ideſt ireos
Cyaneæ Glycyrrhizæ

Semi-

Seminis Buniadis, ideſt napi, uulgo Beyeriſche rublein
Scordij
Liquoris Balſami, loco cuius oleum Caryophyllorum
Cinamomi
Agarici ana ʒ xij.
Myrrhæ
Coſti
Croci Corycij
Caſiæ, ideſt Caſsiæ ligneæ ueræ, aut ſuccedanei eius
Nardi Indicæ
Iunci Arabici, ideſt ſchœnanthi
Thuris, uidelicet maſculi & electi
Piperis candidi
Piperis nigri
Comarum Dictamni, ideſt foliorũ & florum dictamni Cretici ueri.
Marrubij
Rhei, ideſt quod hodie uocatur Rhabarbarum
Stœchadis
Petroſelini, ideſt ſeminis eius
Calaminthæ, ideſt Calamenti montani tenui folij
Lachrymæ Terebinthi Libyſtiadis
Zingiberis
Quinq; folij. i. radicũ eius ana ʒ vj.
Polij, uidelicet montani & albi, quod è Lugduno affertur
Chamæpityos
Styracis, ideſt ſtoracis calamitæ ſynceræ & electæ
Mei
Amomi Racenoſi, aut ſuccedanei eius ut ſupra
Nardi Galaticæ, ideſt celticæ
Rubricæ Lemniæ, ideſt terræ ſigillatę ueræ, aut Boli armeni ut ſupra
Phu pontici
Chamædryalis Creticæ, ideſt Chamædryos ueræ
Foliorum Malobathri, eius loco ponatur Macis



Chalcitidis toſtæ
Radicis Gentiadis, ideſt Gantianæ
Aniſi
Succi Hypocyſtidis
Fructus Balſami, ideſt carpobalſami, pro quo etiã ſuccedaneũ ſumatur, ſicut ſupra facta eſt mentio
Gummi ſplendidi
Seminis fœniculi
Cardamomi Indici, ideſt minoris
Seſelios tenuis
Lachrymæ nigræ ſpinæ
Thlaſpios
Hyperici
Amnios
Sagapeni ana ʒ iiij.
Caſtorei
Ariſtolochiæ tenuis
Seminis Dauci
Bituminis
Liquoris panacis, ideſt, opanacis
Centaurij, uidelicet minoris
Chalbanidis pinguis, ideſt, Galbani recentis & puri ana ʒ ij.
Confice cum uino & melle. Hactenus Andromachus.

Vini autem tantũ accipias quantũ liquoribus & ſuccis diſſoluendis ſatis fore conieceris, ut proxime dictũ eſt. Mellis uero optimi accipe lib. xiiij. ℥ iij. ita detrahis Mellis ℥ iij. de priori Theriaca, quia huic deſunt abrotoni & Acori ana ʒ iiij.

Confice autem & hanc Theriacam ut proximam

TROCHISCI *Theriací, ſunt Trochiſci de uipera ſiue de Thiro, ut hodie uocant.*

MAGMA *hædychroum, ideſt Trochiſci hædychroi, quos Auicenna uocat Alindaracaron, quorum compoſitionem in tractatu de Trochiſcis inquire.*

CYANEÆ, *ideſt Cæruleæ uel nigræ Glycyrrhizę,*

*cyrrhizæ, ſeu ut hodie uocant Liquiritiæ, quæ nigrum colorem habet, Intelligit autem Andromachus ſuccum Glycyrrhizæ.*

CROCVS *Corycius, ideſt in Corico Ciliciæ monte nati, hoc eſt Croci Orientalis.*

LACHRYMÆ *Terebinthi Libiſtiadis, ideſt Reſinæ Terebinthinæ Libycæ, in Libya Aphricæ regione natæ, eius loco nos accipere poſſumus laricis reſinam, quæ ubiq; in Germania Terebinthina improprie uocatur.*

MEI *loco, quo caremus, poſſumus accipere ſeſeli Creticum, ideſt berwurtz, aut ſemen nigrũ & odoratum, quod hodie uocant impropric Amomum, ueteres autem Siſon.*

PHV *ponticũ, non eſt Valeriana uulgaris, ſed ea herba, quæ in Heßia uocatur Theriackskraut, uel Gartenſeliunck.*

MALOBATHRVM *non habemus, eius loco accipe ſpicæ romanæ radiculas, uel ſpicæ romanæ & Macis ana, partes æquales, ut Arabes præcipiunt. Vel Caſiam ligneam ueram.*

RADICIS *Gentiadis, ideſt Gentianæ à Gentio Illyrici rege ſic appellatæ, qui eam primum inueniſſe creditur.*

GVMMI *ſplendidi, ideſt mundi, ſyncæri & transluaidi, uidelicet Gummi Arabiã cognominati.*

NIGRA *uel cærulea ſpina, eſt arbor, quæ alias dicitur ſpina Ægyptia, ex qua manat gummi Arabicum. Per lachrymam uero eius Andromachus intelligit ſuccum eius, qui Acatia uocatur, & fit ex fructu ſiliquaceo huius ſpinæ, eius loco accipimus ſuccum prunellorum agreſtium.*

SESELI *tenue eſt Seſeli Creticum, quod ex omnibus ſpeciebus Seſelios minimum & tenuißimum eſt, Germanice uocatur Berwurtz, poteſt tamen etiam uulgare intelligi.*

DAVCVS, *ideſt daucus Creticus, hoc loco eius uice, accipe ſemen Pimpinellæ noſtratis, aut radices ſeſelios Creticã, nihil enim refert, quòd bis accipiatur in hanc compoſitionem, eſt autem ſeſeli Creticum quod Germanice uocatur Berwurtz.*

ARISTOLOCHIA *tenuis, eſt illa quæ apud nos naſcitur, longa cognomento, cuius radices gracilitate ſua & longitudine imitantur ſarmenta uitium.*

¶ Andromachus, Neronis medicus primũ condidit medicamentum hoc, eiq; declarationem, heroicis carminibus deſcriptam, nuncupauit. Sed Galenus mutata forma, compoſitionem reddidit meliorem.



## THERICA DIATESſaron S. D. Meſuæ.

℞. Gentianæ
Baccarum lauri
Myrrhæ
Ariſtolochiæ rotundæ ana ℥ ij.
Mellis deſpumati optimi lib. ij.
j. ℥ xxiiij.

DIATESSARON, *hoc eſt ex quatuor ſimplicibus compoſita.*

ARISTOLOCHIA *rotunda non eſt illa radix quam nos holwurtz uocamus, Sed alia multo maior & tuberoſa, intus ſolida, colore buxi flauo, odore & ſapore ſimilis Ariſtolochiæ longæ noſtrati. Affertur ex Italia & Heluetia.*

¶ Theriaca antidotus Diateſſaron ad affectus frigidos, tum celebri, ut epilepſiam, paralyſim, ſpaſmum Cynicum: Tum uentriculi, ut inflationem, & ab ea dolorem, tardam coctionem: tum deniq; hepatis, ut hydropem, cachexiam, obſtructionem: Præterea morſus Scorpionis, & potioni ueneni confert.

## MITHRIDATIVM ex Damocratis Græco carmine in latinam linguam tranſlatum.

℞. Myrrhæ Arabicæ Troglodytidis
Croci
Agarici
Zingiberis
Cinnamomi
Spicæ Nardi
Thuris uidelicet electi
Thlaſpios ana ʒ x.
Seſelios
Opobalſami (aut oleum Charyophyllorum)

Schœ-

Schœni.i. Squinanthi ut hodie uocāt
Stœchadis
Coſti (uidelicet ueri & aromatici)
Chalbanæ
Terebinthinæ
Piperis longi
Caſtorei Pontici
Succi Hypociſtidis
Styracis bonæ
Opopanacis
Folij Malobathri recentis (aut Succedanei eius) ana ʒ viij.
Caſsiæ nigræ (ligneæ aut Succedanei eius)
Polij
Piperis albi
Scordij
Seminis dauci Cretici
Fructus balſami (aut Succedanei eiꝰ)
Cypheos
Bdellij ana ʒ vij.
Nardi Celticæ purgatæ
Gummi
Petroſelini .i. ſeminis eius
Opij papaueracei
Cardamomi
Seminis Fœniculi
Gentianæ
Foliorum Roſarum
Dictamni Cretici ana ʒ v. boni ponderis
Aniſi
Arij
Acori (ſiue calami aromatici)
Phu
Sagapeni ana ʒ iij.
Mei Athamantici
Acaciæ
Ventris Scinci uidelicet ueri
Fructus Hyperici .i. Summitatum eius. ana ʒ ij. s.
Vini quantum ſufficit.
Mellis menſuram conuenientem.



¶ *Vini quantum ſufficit, id eſt, quantum ſatis eſt ſuccis & liquoribus diſſoluendis.*

MELLIS *menſuram conuenientem, in Græco eſt* σύμμετρον, *quod idem ſignificat. ſit autem mellis optimi odorati & deſpumati lib. ix. ℥ viij. ʒ ij.*

CYPHI *ſunt Trochiſci qui ad odorem ſuffiuntur, eius compoſitio habetur in tractatu de Trochiſcis.*

NARDVS *Celtica eſt Spica Romana. Purgatæ, id eſt, à paleis, terra & ſordibus mundatæ, Radices eius tantum debent accipi.*

ARII, *in Græco eſt* Ἀρίου, *id eſt Ariu, quod nomen apud nullum alium Authorem in Mithridatio ſcriptum inuenitur, intelligit autem Damocrates per Arion ſiue Arium, Aron .i. Arum, quantum ego ratiocinari poſſum, nam Aron egregiam facit contra uenenata medicinam.*

ACACIA *uera caremus, accipe ergo loco eius Succum prunellorum Syluestrium, diligenter ſpiſſatum, aut alium quendam, quem Doctores ſubſtituent. Nos inferius ponemus Acatiam Succedaneam.*

¶ Mithridaticum proximum eſt, in qualitate, & uirtute Theriacæ, & parum differunt, niſi forte quòd theriaca eſt parū calidior & potentior contra uenena ſerpentum. Curat omnes paſsiones capitis uirorum uel mulierum, ſi fuerint ex frigiditate, & maxime melancholicis & timidis, epilepticis & hæmicranicis confert, & dolorem ſupercilij patientibus, & lachrymantibus oculis, & ad omnia capitis uitia uel aurium, ſubuenit dentium doloribus & palato, & omnibus uitijs oris & maxillarum medetur, ſi ſuper locum dolentem ponatur, & iterum ad modum Emplaſtri ponatur in temporibus, unde fit diſcurſio. Squinantiam ſoluit, Apoplecticis, tuſsientibus, aſthmaticis, hæmoptoicis, peripleumonicis, & omnibus doloribus qui intra corpus humanum fiunt, ſuccurrit iliacis, dyſentericis, & lientericis confert, ſi detur cum decoctione balauſtiæ, extenſionē humerorum, tetanos ſiue ſpaſmos patientes, & paralyticos ſine mora ſanat, diaphragmati & hypochondrijs ſubuenit, renibus & ueſicæ opitulatur, Calculos frangit, menſtrua prouocat, omniaq; uitia matricis excludit, ſchiroſim patientibus & podagricis ſingulis præſidio eſt. præcipue datur cōtra uenena omnia, uenenatos morſus, ſiue rabidi canis, ſeu cuiuſcūq; reptilis, impoſitum ſiue bibitum, cum magna admiratione

ne emendat, quotidianarijs & quartanarijs etiã ante horam acceſsionis cum uino tepido datum mirifice prodeſt.

## MITHRIDATIVM aliud,ut ex Cleopatro & Antipatro, Galenus & Aëtius exſcripſerunt.

℞. Myrrhæ ʒ vij. s. ω iiij.
Nardi tantundem
Croci ʒ vij. ω iij.
Opij ʒ iiij. ω ij. s.
Styracis ʒ v.
Cinnamomi ʒ vij. ω iij.
Caſtorei ʒ vj. ω j.
Polij ʒ vj. ω iij.
Scordij ʒ vij. ω iij.
Zingiberis tantundem
Coſti ʒ vj. ω iij.
Piperis albi ʒ v. ω ij.
Piperis longi ʒ vj. ω iij.
Seſelios ʒ v.
Abrotoni tantundem
Petroſelini, uidelicet ſeminis ʒ iiij.
Seminis Dauci ʒ vj. ω iij.
Caſsiæ ʒ v. ω iij.
Thuris ʒ vj. ω ij.
Succi Hypociſtidis ʒ vj. ω js.
Nardi Celticæ ʒ iiij.
Seminis fœniculi ʒ iiij.
Nardi Indicæ ʒ iiij.
Acori (aut calami aromatici)
Phu Pontici
Sagapeni
Fructus balſami aut Succedanei ei9
Hyperici
Illyridis .i. Ireos ana ʒ ij.
Rubricæ Lemniæ (loco eius Bolus leuanticus ʒ vj.
Lumborum Scinci, uidelicet ueri
Cypheos ana tantundem .i. ʒ vj.
Acaciæ
Gummi



Cardamomi
Pelecini ana ʒ ij.
Thlaſpeos ʒ vj. ω iiij.
Gentianæ ʒ iiij.
Aniſi ʒ iij.
Roſarum Siccarum ʒ iiij.
Mei Athamantici tantundem
Schœni .i. Squinanthi ʒ vj. ω iij.
Opopanacis ʒ vj.
Galbani ʒ vj. ω iij.
Opobalſami tantundem (cuius loco ut ſupra oleum Charyophyllorũ)
Ariſtolochię, uidelic. rotũdę uerę ʒ j.
Hyſſopi ʒ iij.
Marrubij ʒ j.
Chamœpityos ʒ iij.
Libanotidis ʒ v.
Terebinthinæ ʒ vj. ω iij.
Mellis Attici quod ſufficit.
Vinum ne addas. Hactenus Cleophantus & Antipater

Mellis autem deſpumati optimi & odorati ſume ad totam cõfectionem lib. vij. ℥ vj. ʒ vj. uinũ ne addatur præcepit Cleophantus, ideo in aceto ſunt diſſoluendi liquores concreti, ut Sagapenũ Opopanax & Galbanũ, confice ſecundum artem.

*MELLIS Attici nobis copia non ſit, ideoq; aliud, quod optimum fuerit recipiendum erit.*

*Cõpoſitio hæc eſt ualde mendoſa in ponderibus apud Aetium, apud Galenũ uero eſt emendatior. Rurſum ſimpliciũ numero aliqua deſunt apud Galenũ, quæ ex Aëtio confectioni huic reſtitui. Aëtius hunc authorem uocat Cleopatrum, Galenus uero Cleophantum.*

*ω. hic Character ſignificat obulum, eſt autem obulus pondus ℈. s. ſcrupuli uidelicet dimidium, itaq; vi. obuli faciunt ʒ j.*

*NARDVS Indica hoc loco non ſignificat Spicam nardi Indicam, ſed Malobathrum .i. foliũ Indum, quod nardi eſt ſpecies & in India gignitur. Aëtius propterea hoc loco pro Nardo Indica habet Phyllon .i. folium Indum, cuius loco acipe*

*ápe Caſiã ligneã ueram quæ Cinnamomo eſt ſimilis, aut Macis & radicũ Picæ Romanæ ana ʒ ij.*

ACORI, *id eſt, radicis quæ nunc impropriè uocatur Calamus Aromaticus.*

PELECINI, *id eſt, ſeminis eius, in eius penuria accipe ſemen Nigellæ agreſtis & cornutæ, eſt aũt omnino ſimilis ueræ Nigellæ, naſcitur in agris.*

LIBANOTIS *hic non ſignificat Roſmarinum ſed Angelicam ſilueſtrem minorem. Nam plures ſunt Libanotidis ſpecies, ſemen autem eius accipi debet quod Cachrys uocatur.*

## MITHRIDATIVM S. D. Andromachi.

℞. Glycyrrhizæ ʒ vij. s. ∽ iiij.
Opij ʒ iiij. ∽ ij.
Caſtorei ʒ vj.
Polij ʒ v. ∽ ij.
Coſti ʒ v. ∽ ij.
Nardi ſpicæ ʒ vj. ∽ ij.
Caſsiæ uidelicet ueræ ʒ v. ∽ ij.
Thuris ʒ vj.
Seſelios ʒ v. ∽ ij.
Succi Hypocyſtidis ʒ vj.
Acori, ideſt calami aromatici ʒ ij.
Scordij uidelicet ueri ʒ vj. ∽ ij.
Folij, loco eius ſumatur Macis ʒ iiij.
Gallij ʒ v. ∽ ij.
Cypheos ʒ vj. ∽ ij.
Myrrhæ ʒ vj.
Croci ʒ vij. ∽ ij.
Cinamomi ʒ vij. ∽ ij.
Styracis uidelicet optimæ ʒ vj. ∽ iij.
Zingiberis ʒ vij. ∽ ij.
Phu pontici ʒ ij.
Petroſelini, .ſ. ſeminis ʒ iiij. ∽ iij.
Nardi Celticæ ʒ iiij.
Seminis Fœniculi ʒ iiij.
Seminis Dauci ʒ vj. ∽ iij.
Nardi Indicæ ʒ iiij.
Hyperici ʒ ij.
Acaciæ ʒ ij.
Gentianæ ʒ iiij.



Aniſi ʒ iij.
Thlaſpios ʒ vj. ∽ iiij.
Mei Athamantici ʒ iiij.
Roſarum ſiccarum ʒ iiij.
Gummi, uidelicet arabici ʒ ij.
Cardamomi ʒ iiij.
Schœni, ideſt ſquinanthi ʒ vj. ∽ ij.
Opopanacis ʒ vj. ∽ ij.
Opobalſami ſiue olei caryophyllorum ʒ vj. ∽ iiij.
Galbani ʒ vij.
Scinci, uidelicet ueri ʒ ij. ∽ ij.
Terebinthinæ ʒ vj. ∽ ij.
Vini Chij quod ſufficit.
Mellis Attici cocti quod ſufficit,
Hoc eſt lib. vj. ℥ iij. ʒ ij.

FOLIVM *duas res ſignificat, folium nardi uidelicet, aut Malobathrũ, quod hic recipiendũ eſt.*

GALLION *herba eſt multis minimisq́; floribus, luteis & odoratis, eſt autem ſpecies Aſperulæ, Germanice uocatur Ranritzen.*

NARDVS *Indica hoc loco nõ ſignificat Malobathrum, ideſt folium, Sed radicem Indicæ nardi, nam nardi partes tres olim in uſu fuerunt, uidelicet Radix, folium & Spica, antea uero præcepit in hanc compoſitionem ſumendam eſſe Spicam nardi, & folium, ideſt Malobathrum, ideo neceſſario hoc loco per Indicam nardum intelligit radicem Indiã nardi.*

## ESDRÆ ANTIDOtus ex Aetio.

℞. Amomi ℈ xij.
Florum Iunci odorati, ideſt florum Squinanthi, eorum loco ſume ſummitates Squinanthi ʒ ix.
Pyrethri ʒ vj.
Croci ℈ xxxvj.
Cinnamomi ℈ vj.
Myrrhæ troglodyticæ ℈ xij.
Styracis calamitæ ℈ xviij.
Petroſelini ℈ iij.
Seminis Dauci ℈ iij.

Tragacanthæ ℈ vj.
Succi Hypociſtidis ℈ ix.
Iridis Illyricæ, ideſt Ireos
Abrotoni ana ℈ xv.
Seminis fœniculi ℈ vj.
Bdellij ℈ ix.
Thuris ʒ j.
Sulphuris uiui ℈ vj.
Seminis Hyoſcyami albi ℈ xxvij.
Caſiæ ligneę aut ſuccedanei eius ℈ ix.
Seminis Papaueris ℈ xxx.
Spicæ Nardi ℈ xij.
Seminis Rutæ ℈ iij.
Seminis Ocimi ℈ iij.
Rhois Culinarij ℈ Lv.
Seminis Anethi ℈ vj.
Azari, ideſt radicum eius ʒ j.
Se: Cardamomi. ſ.min. uſualis ℈ vj.
Opij ℈ xxvij.
Euphorbij ℈ vj.
Piperis nigri ℈ xxx.
Roſarum ſiccarum ℈ ix.
Phylli ℈ xij.
Opobalſami ſiue olei Caryophyllorum ℈ xxiiij.
Ventris mergi ℈ vj.
Laccæ ℈ xij.
Lycij Indici ℈ xij.
Charyophylli ℈ xij.
Stercoris reperti in aluo mergi ℈ vj.
Florum Nerij ℈ iiij. s.
Rhei pontici, ideſt Rhabarbari ℈ xij.
Mei Athamantici ℈ vj.
Terræ Cimoliæ ℈ xij.
Succi Arthemiſiæ ℈ xx.
Foliorũ Seridis, ideſt Cichoreæ ℈ ix.
Spicæ Celticæ ℈ xij.
Caſtorei ℈ iij.
Coſti ℈ xij.
Gentianæ ℈ xij.
Confectionis Hædychroi ℈ ix.
Aniſi ℈ vj.
Siſonis ℈ xviij.
Thymiamatis Hammoniaci ℈ xij.



Foliorum Citri ℈ xij.
Vini ueteris odorati quantum ſatis fuerit ſuccis & liquoribus reſoluẽdis. Mellis deſpumati optimi ut Aëtius ſcribit interprete Cornario lib. v. aut vj. Sed nos ſingulis ſpecierum vncijs ternas vncias mellis adijciemus, itaq; ſume mellis deſpumati odorati quàm optimi lib. vj. ℥ vij. ʒ ij. s.

Arida omnia minutiſsime contundito. Opium uero & Myrrham, Hypociſtidem, Bdellium, Lycium, Hammoniacũ in uino diſſoluito, Tragacantham deinde ſeorſim per ſe affuſo uino diſſoluito. Deinde omnia ſimul miſceto, addendo etiam deſpumatũ Arthemiſiæ ſuccũ. In uniuerſum hãc confectionem eodem modo conficis, quo Theriacam, & eodem modo dimittenda eſt ut efferueſcat, non omnino repleto uaſe.

NICOLAVS *Alexandrinus duas habet Eſdræ compoſitiones, alteram Magnæ, alteram uero Hiſpanienſis cognomento, ſed quia confuſæ & indigeſtæ tantum ſunt moles & numeroſis, & nulla harmonia coeuntibus ſimplicibus conſtant, ideo uoluimus eas aſſcribere, hijs duabus eius receptis paulo exactius compoſitis contenti.*

RHOIS *Culinari. i. Sumach uidelicet pulpæ eius ſine oſſeis ſeminibus.*

PHYLLI *. i. folij, cuius loco pone Spicæ Romanæ Macis ana* ℈ vj.

*Pro terra Cimolia, accipe Bolũ præparatũ uerũ.*

SYSON, *ideſt ſemen illud nigrum, quod apio ſimile eſt, & uocatur impropric Amomi ſemen.*

THY*miana Hãmoniacũ. i. Gũmi hãmoniacũ.*

VENTRIS *Mergi, ideſt Stomachi auis Mergi, Germanice uocatur ein Taucher.*

NERION, *ideſt arbor Oleander, pro cuius floribus accipe radices Vincetoxici. Legitur etiam in Aetio roſarũ Rhododaphnis, Sed idem eſt quod flos Nerij, ideo alterũ tantũ eorũ poſuimus.*

¶ Mirifice contra letalia uenena prodeſt, aliosq; uſus multos habet, quos apud Aetium lib. 13. cap. 101. Paulũ lib. 7. ca. 11. Actuar: in lib. de compoſit: medica: reperies.

## ESDRÆ ANTIDOTUS ex Actuario.

℞. Mameræ ℥ j.
Amomi, eius loco ſume noſtrum calamum aromaticum ℥ ij.
Iunci odorati, ideſt ſquinanthi ℥ s.
Pyrethri ℈ viij.
Croci ℥ j.
Myrrhæ ʒ iiij.
Styracis ℥ s. ℈ ij.
Petroſelini ℈ iiij.
Tragacanthæ ℥ j.
Succi Hypociſtidis ʒ iiij.
Ireos ℥ s. ℈ ij.
Seminis fœniculi ℥ j.
Folij aut ſuccedanei eius ℥ iij.
Radicis ponticæ, ideſt Rhabarbari
Roſarum ſiccarum
Glycyrrhizæ
Florum ſylueſtris Punicæ
Cinnamomi ana ℥ iij.
Nardi Celticæ ʒ j.
Mellis deſpumati lib. vj. ℥ix. ʒ vij.

Myrrham & Hypociſtidē in uino diſſolue modico, Tragacanthum uero per ſe etiam diſſolue, & confice ſecundum artem. Actuarius ponit abſurdum conficiendi modum, quem non ſequimur.

*Mameræ loco, ſume* Doronicum Romanum.

*Florum ſylueſtris Punicæ, id eſt florum Balauſtiorum.*



# CONDITA.

CARO CITRI.
CORTICES CITRI.
FLORES CITRI.
ARANTIA INTEGRA.
CORTICES ARANTIORVM.
FLORES ARANTIORVM.
LIMONES. *Limones conditi frequenter pro Chebulis conditis uenduntur. Sed facile deprehenditur dolus. Nam Chebuli unum tantum magnum & lignoſum habent nucleum, Limones uero multa ſemina &c.*
CHEBVLI MYROBALANI.
BELLIRICI MYROBALANI.
EMBLICI MYROBALANI.
CITRINI MYROBALANI.
INDI MYROBALANI.

*Omnes quinq; Myrobalanorum ſpecies iam afferuntur ex India conditæ.*

NVCES MVSCATAE *integræ ut ex India afferuntur.*
IVGLANDES.
CITONIA.
MESPILA.
PIRA MOSCHATELLA.
CERASA.
PRVNA SYLVESTRIA.
CARYOPHYLLI.
PIPER *in racemis ut ex India affertur.*
CALAMVS *aromaticus. i. uerus Acorus.*
GALANGA.
ZINGIBER.
ENVLA CAMPANA.
SECACVL, *ideſt Siſer, Germanice Gritzelmoren, Clingelmoren.*
ERINGIVM.
PIMPINELLA *noſtra.*
CRETHAMI *Agreſtis radix.*

CHRETHAMVS *agreſtis herba eſt Eringij propemodū folijs, Germanice uocatur Sichelmoren & Sichelkraut, naſcitur in agris pinguibus.*

*Omnia diligenter Sacchẚro clarificato condiantur ſecundum artem.*

# CONSERVÆ.

ANTHOS. (*ideſt flos Roſmarini.*)
BORRAGINIS.
BVGLOSSAE.
CICHOREAE.
FVMITERRAE.
LAVENDVLAE.
MAIORANAE.
MELISSAE.
MENTAE.
NENVPHARIS.
PRIMVLAE VERIS. *Primula ueris,(idem eſt quod herba paralyſis.*
ROSARVM.
PAEONIAE.
VIOLARVM.
CARDI BENEDICTI.
LILIORVM Conuallium.
FLORVM TILIAE.
EVPHRAGIAE.
SAMBVCI.
HYSSOPI.
ACETOSAE.
BETONICAE.
SCABIOSAE.
SALVIAE.

*Flores minutiſſime incidantur, & ſingulis libris florum, addantur Sacchari albiſſimi libræ duæ, ui delicet qui humidi & mucilaginoſi fuerint, ut Borraginis, Bugloſſæ &c. Sicc̄ioribus uero, quales ſunt Anthos, Lauendulæ, Maioranæ, Meliſſæ, Saluiæ, Menthæ, & ſimilibus, addantur Sacchari albiſſimi libræ duæ & Semis.*

## DIACITONIVM ſimplex.

℞. Carnium Citoniorum uapore aquæ dulcis coctorum, & ad ſpiſſitudinem coctorum.
Sacchari albiſſimi deſpumati, & ad ſpiſſitudinē iuſtam cocti ana lib. viij.
Coquātur ad ſolidam conſiſtentiam, & extendatur in tabulā feruens Maſſa, refrigerata in partes incidatur.
Quidam octo libris carnium Citoniorum addunt ſex libras Sacchari clarificati.

Poteris etiam ita facere,

℞. Citoniorum excorticatorum & ab interioribus mundatorū lib. viij.
Sacchari clarificati lib. iiij. Coque deinde Citonia ſuper uaporem aquæ dulcis, deinde unà cum Saccharo ad iuſtam ſpiſſitudinem coque.

¶ Peculiare remedium eſt fluxus uel uomitus, quoniam ſtipticat & corroborat membra collapſa, debilia, confortat ſtomachū, uirtutem retentiuam & digeſtiuam, & ſumopere excitat guſtum, Sed ad fluxum datur ante cibum, & ad uomitum compeſcendum poſt cibum.

## DIACITONIVM compoſitum deſcriptione Nicolai.

℞. Carnium Citoniorum comminutarū & coctura inſpiſſatarū lib. iij.
Mellis deſpumati lib. iiij.
Coquantur ſimul ad iuſtam cōſiſtentiam, & poſtquam ab igne depoſueris, antequam refrigerentur, inſperge ſubſequentes ſpecies in tenuiſſimum puluerem contritas.

Cinnamomi ℥ j. s.
Zingiberis ℥ j.
Piperis
Galangæ ana ℥ s.
Charyophyllorum
Nucis muſcatæ ana ʒ iij.
Spicæ nardi
Ligni aloes
Macis
Cardamomi ana ʒ ij.
Zedoariæ ʒ j.

Exten-

Extendatur tota maſſa in tabula Marmorea, prius roſacea aqua inuncta in qua aliquid Moſchi diſſolutum fuerit.

Et quando ut aluum ſoluat conficere uolueris, anteq̃ in tabula marmorea extendatur, in unamquanq; lib. adde Scammoneæ ℥ S. quæ bene trita ſubigatur compoſito.

MEL habet Nicolaus, ego potius conſulerem ut Saccharum loco Mellis adderetur.

Quædam exemplaria habent Mellis lib. iij. Sed Nicolai exemplar quod ad meas manus peruenit habet lib. iiij. Nam neceſſe eſt etiam, ut ſpecies ſuum conſeruatiuum habeant.

¶ Hoc eſt calidius & melius ad ea quæ diximus, reſoluit uentoſitates, remouet fœtorem corporis, reſtituit priſtinũ colorẽ, et magis reſtaurat.

## DIACITONIVM
### è ſucco Citoniorum.

℞. Succi Citoniorum deſpumati lib. xij.

Mellis optimi deſpumati

Sacchari albiſs. clarificati ana lib. ij

Coquantur ſimul ad iuſtam ſpiſſitudinẽ, deinde ab igne remotis & adhuc tepentibus inſperge ſubſequẽtium ſpecierum pulueres, minutiſsime tritos & per cribrum excuſſos.

℞. Cinnamomi

Nucis Muſcatæ ana ℥ iiij.

Charyophyllorum

Zingiberis

Galangæ ana ℥ ij.

Radicularum nardi Celticæ

Piperis nigri

Ligni aloes

Macis

Zedoariæ

Cubebarum

Cardamomi ana ℥ j.

Confice ſecundum artem.



# LENITIVA ET SOLVTIVA.

## FLORES CASSIÆ
### fiſtulæ ſolutiuæ.

℞. Cannas ſeu ſiliquas Caſsiæ ponderoſas, & quæ non reſonant concuſſæ, aperi eas & contentam in eis pulpam ſeu medullam cum Laminis & ſeminibus ſuis diligenter euacua, exempta proijce ſuper inuerſum & anguſtum cribrum, ſetis equinis contextum. Cribrum deinde pone ſupra bullientis aquæ uaporem, & auerſo coclearis cõuexo medullam caſsiæ hinc & inde ducito, ut per cribrum paulatim excernatur, & ſi quid excretũ eſt aut penetrauerit, confeſtim ſubinde auferto ne plus quã neceſſe eſt de uapore imbibat, idq́ tamdiu facito donec quantum uoles collegeris. Porrò cum neceſsitas requirit, ſemper recentes exprime caſsiæ flores, repoſitæ enim aceſcunt.

Si quis Caſsiæ flores ſiue pulpam magis ſolutiuam reddere uolet, in bullientem aquam proijcia folia Perſici aut flores Perſici, & Prunellorum ſylueſtrium, aut omnia hæc ſimul, horũ enim uapor & deſtillata aqua ſoluit aluum.

¶ Mundificat ſanguinem, & compeſcit omnem acuitatem, & ſedat ſitim & proprie cũ ſucco Endiuiæ, aut Taraxaconis in quibus aduenerit depuratio ſecundum artem. Et ipſa quidem mundificat ſtomachum, & educit choleram & phlegma, & operatur illud ſine nocumento & exceſſu, caret enim mordicatione. Et ipſa quidem lenit pectus & guttur, & reſoluit apoſtemata acuta in eis. Et confert calefactioni renum ſumpta cum diureticis & infuſione glycyrrhizæ & prohibet generationem lapidis in eis, & confert febribus calidis.

# DIACASSIA CVM Manna.

℞. Prunorum Damaſcenorū ℥ ij.
Florum uiolarum M j. s.
Aquæ fontanæ ℥ xviij.
Bulliant ſecundum artem uſq; ad me dietatis conſumptionem, Cola & in colatura diſſolue.
Pulpæ Caſsiæ ℥ vj.
Pulpæ Tamarindorum ℥ j.
Mannæ optimæ calabrinæ ℥ ij.
Syrupi uiolarum ℥ iiij.
Sacchari candi
Sacchari Penidij ana ℥ j.
Sacchari Violati ℥ iiij.
Confice ſecundum artem.

*Pulpa Tamarindorum fit ut pulpa Caſsiæ, ſiue flores Caſsiæ.*

¶Eſt pro delicatis, qui habent ſtipticum uentrem, non enim eſt ingrati ſaporis, nec moleſta, ſed ſalubris, lenit uiſcera, ſubducit aluum, purgat Choleram, & mitigat febres.

# CASSIA EXTRACTA ſine folijs Senæ.

℞. Prunorum numero XII.
Violarum M j.
Hordei mundi
Aniſi
Polypodij
Seminis Cartami ana ʒ v.
Capillorum ueneris
Thymi
Epithymi ana M. s.
Paſſularum ℥ s.
Fœniculi ſeminis ʒ ij.
Seminis portulacæ
Seminis Maluæ ana ʒ iij.
Glycyrrhizæ ʒ iiij.
Fiat horū decoctio in ſufficienti quantitate aquæ, colentur, in colatura diſſolue.



Pulpæ Caſsiæ lib. ij.
Pulpæ Tamarindorum ℥ j.
Cinnamomi ʒ iij.
Sacchari optimi lib. j.
Coquantur ad perfectionem ſecundum artem.

# CASSIA EXTRActa cum folijs Senæ.

℞. Confectionis Caſsiæ extractæ ſine Senæ lib. ij.
Pulueris foliorum Senæ ℥ ij.
Miſce ſecundum artem.

¶Facile ſoluit, lenit aſperitatem inteſtinorū, remouet ſtipticitatem, & uentris onus ſubducit, & morbis Cholericis & Melancholicis auxilia præbet.

# CASSIA EXTRActa pro Clyſteribus.

℞. Violarum .i. florum uiolarum
Violariæ .i. foliorum uiolarum
Maluæ
Mercurialis
Betæ
Parietariæ ana M. j.
Fiat horum decoctio in ſufficienti aqua, cuius beneficio Caſsia extrahatur, & cannæ eius interius lauentur. Deinde
℞. Pulpæ Caſsiæ cum hac decoctione extractæ & ad ſpiſsitudinem coctæ lib. j.
Sacchari lib. j. s.
Coque ad perfectionem ſecundum artem.

Quidam addunt Diagridium ſiue Scammoneam. Sed hoc nemo faciat inſcijs doctoribus Medicis.

PARIETARIÆ *uidelicet ueræ, quæ circa*

*Macerias & muros naſcitur, ſub ſtillicidijs tecto rum, & non ſylueſtris illius herbæ luteis floribus quæ dicitur Germanice* Tag vnd nacht.

¶ Eſt lenitiua uentris & lenis, & eſt medicina pro delicatis, carens acuitate & mordicatione, & omni exceſſu lædente.

## ELECTVARIVM Lenitiuum.

℞. Paſſularum enucleatarum ℥ ij.
Adianti nigri
Violarum
Hordei mundi ana M. j.
Iuiubarum
Sebeſten ana numero xx.
Glycyrrhizæ ℥ s.
Prunorum enucleatorum
Tamarindorum ana ʒ vj.
Senæ
Polypodij ana ℥ ij.
Mercurialis M. j. s.
Decoquantur ſecundum artem in ſufficienti aqua, cola & in colatura diſſolue.
Pulpæ Caſsiæ
Pulpæ Tamarindorum
Pulpæ prunorum
Sacchari optimi
Sacchari uiolati ana ℥ vj.
Pulueris Senæ ℥ iij. ʒ iij. s.
Confice ſecundum artem.

ADIANTVM *nigrum, id eſt,* Capillus *ueneris uerus, qui à* Lugduno *affertur.*

¶ Vſus eius eſt in febribus humoralibus & pleureſi, lenit enim & mollit inteſtina, & delet eorum ſtipticitatem, facile ſoluit ſine moleſtia & leſione Choleram phlegmaticam & Melancholicam.

## ELECTVARIVM Lenitiuum de Manna, Nicolai Alexandrini.

℞. Capillorum ueneris



Scolopendriæ uel loco eius Ceterach ſic uocatæ.
Epaticæ, hoc eſt Lichenis ana ʒ iij.
Seminis Cucurbitæ
Seminis Citrulli
Seminis Melonis
Seminis Cucumeris
Violarum ana ℥ j.
Prunorum Damaſcenorũ num. xx.
Coquantur in aqua ad dimidias, deinde percolentur cum expreſsione, in colato diſſoluantur.
Mannæ optimæ puræ
Conſeruæ uiolarum
Pulpę Caſsiæ recẽs extractę ana ℥ j.
Sacchari albiſsimi lib. iiij
Concoquantur ad mellis conſiſtentiam, poſtremo ſpecies ſequentes inijciantur.
Nucleorum Seminis Melonis
Seminis Cucumeris
Seminis Cucurbitæ
Seminis Citrulli
Florum uiolarum
Florum Nenupharis
Seminis Lactucæ
Seminis Scariolæ
Seminis portulacæ
Rhabarbari electi
Foliorum Senæ ana ℥ j.
His accurate ſubactis conficiatur electuarium.

¶ Vtile eſt ad purgandum ſanguinẽ, ad Choleram reprimendam & Melancholiam, ualet etiam ad hepar calefactum, & corpus uniuerſum perpurgat.

## ELECTVARIVM DE Sebeſte D. Bartholomei Montagnanæ.

℞. Sebeſten ſine nucleis
Prunorum ſiccorum enucleatorum
Tama-

Tamarindorum ana ℥ v.
Aquæ uiolarum lib. j.
Aquæ Ireos
Aquæ Anguriæ ana ℥ vj.
Succi Mercurialis depurati ℥ iiij.
Penidiorum ℥ viij.
Diapruni ſimplicis lib. j. s.
Nucleorum Semi: Cucurbitæ
Cucumeris
Melonis
Citrulli ana ℥ ij.
Diagridij ʒ iij.

Caro ſiue pulpa Sebeſten, Prunorum & Tamarindorum minutiſsime teratur & cum aquis extrahatur. Semina uero minutiſsime incidantur & reliquis miſceantur, & fiat ſecundũ artem Electuarium.

ANGVRIA *eſt Melon magnus, uiridis, alio nomine uocatur Abatea ſiue Batega, & Melon Indus. Quidam per aquam Anguriæ intelligũt ſuccũ eius, & non male, nam hic magis aluũ lenit.*

¶ Confert febribus Cholericis interpollatis & continuis puris, & ſedat acuitatem febrium ſitim, & uigilias & etiam amaritudinẽ remouendo, & educit materias acutas à uijs urinalibus & ueſica.

## MEDVLLA SIVE pulpa Prunorum.

℞. Prunorum magnorum acetoſorum & uinoſorum quantitatẽ quam uolueris, & exemptis nucleis in fictili uitreato magno, coquito, deinde per cribrum ſetaceum exprimito, expreſſam pulpam iterũ lento igne ad perfectam & iuſtam ſpiſsitudinẽ coquito, & ſine Saccharo reponito.

Medulla Prunorum uinoſorum, calorem & ſitim infebribus mitigat, & melius eſt ut conſeruetur ſine Saccharo, Ceraſorum modo inſpiſſata.

Porrò ſi medullam prunorũ laxatiuam requiris ex dulcibus prunis aut prunis Hungaricis magnis exiccatis conficito.



¶ Calorem & ſitim in febribus mitigat.

## DIAPRVNVM COMpoſitum non laxatiuum D. Nicolai.

℞. Prunorum Damaſcenorum electorum numero Centum.

Coquantur in modica aqua donec emolliantur, excola, deinde decoctũ eorum priuatim reponens, ipſa uero pruna ſuper inuerſum & uaſi impoſitum cribrum ponantur, & manibus hinc & inde ducantur & premantur, donec omnis eorum pulpa penetrauerit, & cutis cum nucleis tantum remaneant. Collectã deinde pulpam, & excolatum eorum decoctũ in quo bulliuerint uiolarum ℥ s. lento igne ad ſpiſsitudinẽ coquito. Melius eſſet ſi prunorum pulpa per ſe inſpiſſaretur, & ſi cum decocto prunorum & uiolarum pulpa Tamarindorum extraheretur. Deinde cum inſpiſſaueris

℞. Pulpæ inſpiſſatæ lib. j.
Sacchari clarificati lib. ij.
Pulpæ Tamarindorum
Pulpæ Caſsiæ ana ℥ j.

Agita omnia ſimul ſupra ignem, deinde inſperge ſubſequentium ſpecierum puluerem,

℞. Sandali albi
Sandali rubei
Spodij
Rheubarbari
Cinnamomi ana ʒ iij.
Roſarum
Violarum
Seminis portulacæ

Seminis

Seminis Scariolæ
Seminis Berberis
Succi Glycyrrhizæ
Tragacanthæ ana ℥ ij.
Seminis Cucurbitæ
Seminis Cucumeris
Seminis Citrulli
Seminis Melonis ana ℥ j.
Confice ſecundum artem.

Dicitur etiam hæc confectio Diadamaſcenum, à prunis Damaſcenis, quæ capit.

Quidam ponunt prunorum non numero centum, ſed lib. j. ſed male: nam ex Nicolao Alexandrino omnes alij hanc compoſitionē deſumpſerūt.

Quædam exemplaria non habent Cinnamomum. Sed Nicolaus Alexandrinus idipſum ponit, & niſi ingrederetur Cinnamomi pondus, confectio hæc eſſet manca. nam Nicolaus Alexandrinus ſcribit totam confectionem habere lib. iij. & s. & ſic eſt. Impreſſi tamen codices mendoſi ſunt habent enim lib. ij. & ſemis. itaq; pro cifra 3 poſuerunt 2. facili errore, nō tamen condonando.

NICOLAVS *Alexandrinus non ponit ſemen Cucumeris, nam ſi poſuiſſet, dixiſſet confectionem habere lib. iij. & S. & ℥ j. itaq; ℥ j. ſeminis Cucumeris adiecta eſt à poſterioribus, nihil tamen refert, cum potius conducat.*

PER *ſemina Cucurbitæ, Cucumeris &c. debet intelligi exempta eorum Medulla, & hoc ſemper intelligendū eſt cum pulueres horum ſeminū ingrediuntur in confectiones quaſcunq;.*

¶ Datur acutas & peracutas patientibus, & maxime cauſoni & ſynocho in principio, in augmento & ſtatu ægritudinis. Et ſine Diagridio poteſt exhiberi in omni hora diei. Cum Diagridio uero, in aurora matutinali, & cum cautela, quoniam eſt ſolutiuum forte.



## DIAPRVNVM COMpoſitū Laxatiuū D. Nicolai.

℞. Diapruni non Laxatiui adhuc recentis & calidi lib. iiij.
Scammoneæ præparatæ ℥ ij.
Miſce & repone.

## MEDVLLA SIVE pulpa Ceraſorum.

℞. Ceraſorum acetoſorum quantum uolueris, coque per ſe ſine humore aliquo & per cribrum ſetaceū manibus exprime, & ad ſpiſsitudinē iuſtam coque, ac ſine Saccharo repone, ut medullam prunorum. Poterit qui uolet etiam cum Saccharo conficere.

## DIAMARENAtum ſimplex.

℞. Amarena Ceraſa quantum libuerit, & cum modico uino coque, coctas per cribrum manibus exprime, expreſſam deinde pulpam ad ſpiſsitudinem coque, & deinde
℞. Inſpiſſatæ pulpæ lib. xij.
Sacchari clarificati & inſpiſſati lib. viij.
Confice ſecundum artem.

AMARENÆ *ſunt magna Ceraſa guſtu uinoſa, quæ Germanice uocantur Amarellen, amerlinge, & ameiber.*

## DIAMARENATVM compoſitum.

℞. Diamarenati ſimplicis iam confecti & adhuc calidi lib. iiij.
Cui inſperge ſequentes ſpecies in minutiſsi-

nutiſsimum puluerem tritas

℞. Cinnamomi
Nucis Muſcatæ ana ℥ j.
Zingiberis
Galangæ ana ʒ iiij.
Cardamomi
Charyophyllorum
Macis
Ligni aloes ana ʒ ij.
Confice ſecundum artem.

Ad hunc modum potes etiam facere cõfectiones ex Cynosbatis & cor-nis, hoc eſt corni fructibus.

## DIACATHOLI-con Nicolai.

℞. Pulpæ Caſsiæ fiſtulæ
Pulpæ Tamarindorum
Senæ mundatæ ana ℥ ij.
Rheubarbari
Violarum
Polypodij ana ℥ j.
Glycyrrhizæ raſæ
Penidiorum
Sacchari candi
Seminis Cucurbitæ
Seminis Citrulli
Seminis Cucumeris
Seminis Melonis ana ʒ ij.

Conterenda conterantur & ſeminum quatuor maiorum nuclei incidantur, poſtea omnia ſimul conficiantur cum ſubſequenti ſyrupo.

℞. Polypodij ℥ j.
Fœniculi .i. ſeminis eius ʒ vj.
Fiat horum decoctio in aqua cœleſti q. s. addendo
Sacchari optimi lib. ij.

NICOLAVS *Alexandrinus hanc confectionem uocat Catholicum, è quo deſumpta eſt, is paulo aliter eam deſcribit, ſed quia impreſſum*



*Nicolai exemplar in hac confectione ualde mendoſum eſt, malui ex concordi aliorũ traditione hanc adſcribere.*

¶ Confert acutis & peracutis morbis, emollit enim, alterat, roburq́ addit iecinoroſis & lienoſis.

## ELECTVARIVM Indũ maius D. Meſuæ.

℞. Cinnamomi
Charyophyllorum
Spicæ Indicæ
Roſarum
Caſsiæ ligneæ ueræ (aut Succedanei eius)
Macis
Cyperi, uidelicet rotundi ana ʒ iiij.
Sandali Citrini ʒ ij. s.
Ligni aloes
Nucis Muſcatæ ana ʒ ij.
Turbith optimi ʒ L.
Sacchari
Penidiorum ana ʒ xx.
Galangæ
Cardamomi maioris
Cardamomi minoris
Azari
Maſtiches ana ʒ j. s.
Diagridij ℥ j. ʒ iiij.

Omnia terantur, & cum oleo Amygdalino dulci fricentur, & cum ſubſequenti ſyrupo conficiantur.

℞. Succi Citoniorum
Succi Granatorum
Succi Apij
Succi fœniculi omnium depuratorum ana lib. s.
Mellis deſpumati optimi lib. iiij. s.

Decoquantur ſucci cum melle ad ſpiſsitudinem iuſtam ſecundum artem.

¶ Excrementa humorum, maxime pituitoſorum ac putridorum, uentriculo et alijs nutri-

torijs

toriȷs inſtrumentis educit. Craſſos in ȷȷs etiam flatus diſſoluit, malaq; hinc nata ſanat, uerbi gratia, inflationem uentriculi, colicos & renum dolores.

## ELECTVARIVM Indum minus D. Meſuæ.

℞: Turbith optimi ʒ vȷ.
Sacchari tantundem
Macis
Charyophyllorum
Piperis
Zingiberis
Cinnamomi electi
Cardamomi maioris
Nucis muſcatæ ana ʒ vȷȷ.
Scammoneæ correctæ ʒ xȷȷ.
Mellis optimi deſpumati triplũ, hoc eſt lib. ȷȷ. ℥ iȷȷ. ʒ iȷȷ.

¶ Habet intentionem maioris.

## CONFECTIO HAmech maior D. Meſuæ.

℞. Myrobalanorũ Citrinorũ ℥ iiȷȷ.
Chebulorum
Indorum
Rheubarbari ana ℥ ȷȷ.
Agarici
Colocynthidæ
Polypodȷȷ quercini ana ʒ xviȷȷ.
Abſinthȷȷ
Thymi
Senæ ana ℥ ȷ.
Violarum ʒ xv.
Epithymi ℥ ȷȷ.
Aniſi
Fœniculi
Roſarum ana ʒ vȷ.
Succi fumiterræ lib. ȷ.
Prunorum numero LX.
Paſſularum maiorum enucleatorum ℥ vȷ.



Infundantur omnia in ſeri quantitate ſufficienti, & ponantur in uitro anguſti orificȷȷ bene obturato, & dimittantur p dies quinq;. Poſtea ad ignẽ ferueant una atq; altera ebullitione, deinde colentur, in colatura diſſolue
Pulpæ Caſſiæ ℥ iiȷȷ.
Pulpæ Tamarindorum ℥ v.
Mannæ ℥ ȷȷ.
Agitentur ſimul, & adȷȷciatur
Sacchari clarificati lib. ȷ. s.
Scammoneæ correctæ ℥ ȷ. s.
Coquantur ſimul ad mellis ſpiſſitudinem, deinde aſpergatur ſubſcriptarum ſpecierum puluis.
Myrobalanorum Citrinorum
Chebulorum
Indarum ana ℥ s.
Belliricorum
Emblicorum
Rheubarbari
Seminis fumiterræ ana ʒ iȷȷ.
Spicæ nardi Indicæ
Aniſi ana ʒ ȷȷ.
Confice ſecundum artem.

¶ Morbis omnibus ex flaua bile & pituita ſalſa natis, nempe impetigini, ſcabiei, elephantiæ, & cancro ſuccurrit. In ſumma omni fœditati cutis à biliofis & aduſtis humoribus procreatæ conuenit.

## CONFECTIO HAmech minor D. Meſuæ.

℞. Myrobalanorum nigrarũ, ideſt Indarum
Chebulorum
Epithymi ana ʒ L.
Fumiterræ
Abſinthȷȷ ana ʒ XX.
Thymi
Calamenthæ
Polypodȷȷ quercini
Agarici

Glycyrrhizæ
Bugloſſæ ana ʒ x.
Stichados Aracibæ
Chamædryos, uidelicet ueræ
Chamæpityos .i. Iuæ Moſchatæ
Bedeguaris (eius loco ſume carduum benedictum
Aniſi ana ʒ v.
Prunorum
Iuiubarum
Sebeſten ana numero LXX.
Paſſularum enucleatarũ lib. j.
Decoquantur in aqua ſufficienti uſq; ad tertias, colentur & colaturæ adʹdantur defruti, ſiue Sapæ lib. ij.
Mellis deſpumati lib. j.
Scammoneæ correctæ ℥ ij.
Coquantur lento igne uſq; ad mellis ſpiſsitudinem.

¶ Purgat Melancholiam, & uſtos humores alios, ob id confert maniæ, melancholiæ, uertigini, obliuioni & uitijs cutis, qualia ſunt pſora, id eſt, ſcabies, morphea, cancer, elephantia, impetigo.

## DIAPHOENICON D. Meſuæ.

℞. Dactylorum Heiron enucleatorũ, ac tribus diebus in aceto maceratorum ℥ ij. ℈ ij.
Penidiorum ℥ j. ℈ j.
Amygdalarum dulcium ʒ v.
Turbith ʒ vj.
Scammoneæ .i. diagridij ʒ ij.
Zingiberis
Piperis longi
Foliorum Rutæ
Cinnamomi
Macis
Ligni aloes
Aniſi
Fœniculi



Dauci
Galangæ ana ℈ j. gr. v.
Mellis deſpumati triplum, hoc eſt lib. j. ℥ iij. ʒ vj. ℈ j. s.
Fiat ſecundum artem Electuarium.

¶ Febribus compoſitis & diuturnis auxiliatur, bilem enim flauam & pituitam ducit. Colicis cruciatibus mirifice confert, item doloribus uentriculi, & alijs malis ex crudo humore ortis.

## DIAPHOENICON in forma ſolida.

℞. Dactylorum infuſorum in aceto tribus diebus ac noctibus numero VI.
Seminis Leuiſtici ʒ ij.
Pineorum nucleorum
Amygdalarum dulcium ana ʒ xv.
Turbith ʒ xij.
Diagridij ʒ xj.
Sacchari candi ℥ ij.
Piperis longi
Zingiberis
Foliorum Rutæ
Cinnamomi
Macis
Fœniculi
Aniſi
Dauci
Galangæ
Ligni aloes ana ʒ j.
Sacchari lib. j.
Fiet confectio in rotulis, ſecundum artem.

ISTA *confectio ſolida Diaphœnicon pleriſq; medicis eſt uſui.*

## DIASENA D. Nicolai.

℞. Senæ ℥ iij.

Auellaʹ

Auellanarum toſtarum num. L.
Serici toſti ʒ ij.
Lapidis armeni loti ʒ j.
Lapidis Lazuli loti ʒ iij.
Sacchari ℥ vj.
Cinnamomi ℥ j.
Charyphyllorum
Galangæ
Piperis
Spicæ nardi Indicæ
Ocimi
Foliorum Charyophyllorum
Cardamomi
Croci
Zingiberis
Zedoariæ
Florum Roſmarini
Macropiperis ana ʒ ij.
Mellis deſpumati lib. ij.

*LAPIS Armenus eſt ſimilis lapidi Lazuli, ſed non eſt tantopere cœruleus ſed magis uiridis.*

*FOLIA Charyophyllorum, ſunt ſimilia folijs lauri & odorem atq; ſaporem habent Charyophyllorū, eorū loco ſume Charyophyllos ipſos.*

¶ Succurrit Melancholicis, mania uexatis, & quartana triſticiaq; affectis, lienoſis & omnibus malis ex atra bile procreatis.

## BENEDICTA LAXAtiua D. Nicolai.

℞. Turbith electi
Sacchari ana ʒ x.
Diagridij
Eſulæ
Hermodactylorum
Roſarum ana ʒ v.
Charyophyllorum
Spicæ nardi Indicæ
Zingiberis
Croci
Saxifragiæ
Macropiperis



Amomi (ſumatur acorus uerus eius loco, ideſt calamus aromaticus)
Cardamomi minoris
Seminis Apij
Salis Gemmei
Galangæ
Macis
Carui
Fœniculi
Seminis Aſparagi
Seminis Ruſci .i. bruſci
Granorum ſolis .i. milij ſolis aā ʒ j
Mellis deſpumati optimi triplū, hoc eſt lib. j. ℥ vj. ʒ iij. Confice S. A.

DOSIS *iſtius electuarij per os ſit à ʒ iij. ad ℥ s.*

*PER ſemen Aſparagi & Ruſci intellige carnem & pulpam eius, reiectis nucleis oſſeis.*

¶ Humores pituitoſos, potiſsimum ad articulos decumbentes, elicit. A renibus quoq; & ueſica purgat.

## ELECTVARIVM Eleſcof ſiue Epiſcopi D. Meſuæ.

℞. Scammoneæ Antiochenæ
Turbith optimi ana ʒ vj.
Charyophyllorum
Cinnamomi
Zingiberis
Myrobalanorum Emblicorum
Nucis Muſcatæ
Polypodij ana ʒ ij. s.
Sacchari ʒ vj.
Mellis deſpumati triplum .i. ℥ x. ʒ j.

¶ Bilem flauam & pituitam elicit, flatus quoque expellit, doloribus articulorum, laterisq; prodeſt, itemq; colicis cruciatibus, ad renes etiā & ueſicam decumbentes humores expurgat.

## ELECTVARIVM DE Pſyllio D. Meſuæ.

℞. Succi Bugloſſæ domeſticæ

Succi Bugloſſæ agreſtis
Succi Endiuiæ
Succi Apij, omnium coctorum & de ſpumatorum ana lib. ij.
Succi fumi terræ ℥ iij.
In quibus macerentur per xxiiij. horas ſubſequentia
℞. Cuſcutæ
Aniſi
Senæ ana ℥. s.
Capilli Veneris M j.
Azari
Spicæ nardi Indicæ ana ʒ ij.
Bulliant aliquantulum adijciendo
Violarum ℥ iij.
Epithymi ℥ ij.
Hæc poſtq̃ modice bulliuerint colentur, & colaturæ inijciantur
Pſyllij ſeminis integri ℥ iij.
Macerentur per xxiiij horas, ſingulis horis agitãdo, deinde ſume expreſſę à Pſyllio mucilaginis lib. iiij.
Sacchari albiſſimi deſpumati lib. ij. s.
Diagridij in cotonio malo aſſati ℥ ij. s.
Coquantur lento igne ad perfectionem, addendo puluerem
Trochiſcorum Diarhodon
Rheubarbari electi ana ℥ j.
Trochiſcorum Berberis ℥ s.
Confice ſecundum artem.

PER *Bugloſſam domeſticam potes intelligere Borraginẽ, uel magnã illam Italicã Bugloſſam.*

¶ Flauam bilem euocat, febribus ardentibus & curatu difficilibus auxiliatur, dolori capitis & vertigini à biliosorum humorum euaporationibus procreatis, morbo regio, & iecori ſupra modum calefacto.

## ELECTVARIVM ROſatum D. Meſuæ.

℞. Succi roſarum rubearum perfectarum lib. iiij.



Sacchari Tabarzet, id eſt, albi lib. j. s.
Mannæ puræ & recentis ℥ vj.
Scammoniæ Antiochenæ ℥ j. s.
Coquantur ſenſim ad ignem molliuſculum, dum ad mellis conſiſtentiã uſq; denſeſcant, deinde inſperge
Trochiſcorum de berberis ʒ iiij.
Trochiſcorum de ſpodio ℥ j.
Galliæ Moſchatæ ueræ.
Croci ana ʒ ij.
Reponatur in uaſe uitreo.

¶ Eſt cholagogum clemens, ob id ſalubre bilioſis affectibus, Arthriditi calidæ, Cephalalgiæ calidæ, vertigini, oculorum dolori, ictero:

## ELECTVARIVM DE ſucco roſarum D. Nicolai.

℞. Succi Roſarum rubearum
Sacchari albiſſimi ana lib. j. ℥ iiij.
Diagridij ℥ j. ʒ iiij.
Sandali rubei
Sandali albi
Sandali Citrini ana ʒ vj.
Spodij de Ebore ʒ iij.
Caphuræ ℈ j.
Succus roſarum cum Saccharo ad iuſtam conſiſtentiam coquatur, deinde tritæ ſpecies adijciantur.
Hæc compoſitio poteſt fieri in forma ſolida.

¶ Expellit flauam bilem citra moleſtiam : ad morbos articulorum ex bilioſis & calidis humoribus natos, febresq; tertianas confert.

## DIATVRBITH CVM Rheubarbaro D. Montagnanæ.

℞. Turbith optimi
Hermodactylorum ana ℥ j.
Rheubarbari ʒ x.
Diagridij ʒ iiij.

San-

Sandali albi
Sandali rubei
Violarum
Zingiberis ana ʒ j. s.
Maſtiches
Aniſi
Cinnamomi
Croci ana ʒ s.
Sacchari albiſſimi triplum, hoc eſt lib. j. ℥ ij. ʒ ij.
Poteſt fieri in liquida & ſolida ſubſtantia.

¶ Eſt Cholagogum Phlegmagogum & Melanogogum.

## DIATVRBITH maius.

℞. Turbith optimi ℥ j.
Diagridij
Zingiberis ana ʒ iiij.
Cinnamomi
Charyophyllorum ana ʒ ij.
Galangæ
Piperis longi
Macis ana ʒ j.
Sacchari albiſsimi ℥ viij. ʒ v.

¶ Ducit phlegmaticos humores, & purgat et calefacit.

## DIATVRBITH MInus D. Zezaris.

℞. Turbith albi & gummoſi ʒ x.
Zingiberis ʒ v.
Maſtiches ʒ iij.
Sacchari albiſsimi ℥ vj. ʒ vj.

¶ Leuiter purgat phlegma à ſtomacho.

## DIACARTHAMV: D. Arnoldi de Villa noua.

℞. Specierum Diatragacanthi



frigidi ℥. s.
Pulpæ Citoniorum ℥ j.
Medullæ ſeminis Cartami ʒ iiij.
Zingiberis albi ʒ ij.
Diagridij ʒ iij.
Turbith albi ʒ vj.
Mannæ granatæ ʒ ij.
Mellis roſati colati ℥ j.
Sacchari ʒ viij.
Hermodactylorum ʒ iiij.
Sacchari albiſsimi ℥ x. ʒ iij.
Fiat in liquida ſubſtantia.

Cum autem ſpecies reſeruare uolueris, mel roſatum non conuenit addere. Si autem ſpecies alicui daturus es, pro viij. drachmis ſacchari impone Sacchari ℥ viij.

PVLPA *ſiue caro Citoniorum hic requiritur exiccata.*

¶ Prodeſt in euacuatione choleræ & Phlegmatis.

## HIERA PICRA SIMplex D. Galeni.

℞. Cinnamomi
Xylobalſami (aut Succedanei eius)
Azari
Spicæ nardi Indicæ
Croci
Maſtiches Chiæ ana ʒ vj.
Aloes non lotæ ʒ centum
Mellis deſpumati lib. iiij. ℥ iij.

Cum hæc confectio magis confortatiua quàm ſolutiua eſſe debet, tum aloe lota addenda eſt.

¶ Contrailioſos, putres, marcidoſq; humores, qui os uentriculi inſederunt, remedio eſt, item ijs quorum faciem pallor decolorauit, ijs quoq; quorum oculis obiecta culicum aut pilorum imagines obuerſantur, alui recrementa mediocriter mouet, ad iecur uſq; progrediens, lædit hos, quibus iecur calidius exhibet negotium & ſtomachum iuuat.

HIERA

## HIERA PICRA cum Agarico.

℞. Specierum Hieræ ſimplicis ſine aloe
Agarici Trochiſcati ana ʒ iiij.
Aloes non lotæ ℥ ſ.
Mellis deſpumati ℥ vi.

## HIERA PICRA COMpoſita D. Nicolai.

℞. Cinnamomi
Spicæ nardi Indicæ
Croci
Schœnanthi
Azari
Xylocaſsiæ
Xylobalſami
Carpobalſami } quorum loco ſumantur ſuccedanea ut ſupra.
Violarum
Abſinthij
Epithymi
Agarici
Roſarum
Turbith
Colocynthidis
Maſtiches ana ℈ ij.
Aloes non lotæ ʒ x. ℈ ij.
Mellis deſpumati ℥ viij.

Facit ad diuerſas capitis & aurium & oculorum diſtemperantias, ſtomachum quoq; optime purgat, affectiones hepatis emendat, ſplenis duritiem & denſitatem emollit & extenuat. Renibus & ueſicæ prodeſt, & matricis diſtemperantiam emendat.

## HIERALOGODIVM D. Nicolai.

℞. Pulpæ Colocynthidis
Polypodij ana ʒ ij.



Euphorbij
Polij montani minoris
Coccognidij ana ʒ j. s. gr. vj.
Abſinthij
Myrrhæ Troglodyticæ ana ʒ j. gr. xij.
Centaureæ minoris
Agarici
Hammoniaci
Folij (aut Succedanei eius)
Spicæ nardi Indicæ
Scyllæ aſſatæ
Diagridij ana ʒ. j.
Aloes
Comarum Thymi
Caſsiæ ligneæ
Chamædryos
Bdellij
Praſsij ana ℈ ij. gr. xiiij.
Cinnamomi
Opopanacis
Caſtorei
Ariſtolochiæ longæ
Leucopiperis
Macropiperis
Melanopiperis
Croci
Petroſelini Macedonici
Sagapeni ana ʒ. s.
Hellebori nigri
Hellebori albi ana gr. vj.
Mellis deſpumati triplum, hoc eſt ℥ x. ʒ vj. ℈ j. gr. iiij.

*QVÆDAM exemplaria habent Colocynthidis ℥ ij. Sed maximo errore, nos itaq; ueram compoſitionem Nicolai Alexandrini ſequimur, qui habet hanc proportionem.*

*COCCOGNIDII debent eſſe ʒ j. s. & gr. xij. ſi Alexandrinum Nicolaum ſequi uolumus impreſſum, qui habet ʒ xvij. & hæc compoſitio habet decimam partem Nicolai. itaq; ſi ʒ j. s. & grana xij. multiplicantur per decẽ, erũt ʒ xvij.*

*NOTA ℈ ij. & gr. xiiij. ſunt decima pars drachmarum nouem, in Nicolao autem Alexandrino*

*drino impreſſo non nouem ſed undecim legitur, ſed hoc factum eſt uicio librariorum. xj, pro ix. ponentium, quamuis impreſſus codex pro xj habet 11. id eſt undecim per cifras ſcriptum. quod autem legendum ſit ix. & non xj. indicat degradatio ponderis in tota hac confectione.*

¶Exterminat diuturnas & inueteratas paſsiones, id eſt Maniam, ad omnes melancholias, epileptias, ſcotomaticos, id eſt, uertiginoſos & ſpumantes caducos, & qui ſibi præmordent linguam, cephalalgicos, hemicranicos, & qui ita uexantur ex capitalibus commotionibus, ut uideantur quaſi dæmonium habere, qui appellantur ſpatici, data purgat, ne incendium aut liptomia generetur corpori, quod ſupraſcriptis paſsionibus ſubiacet, quibus inuitis etiam medetur, Paralyticis & tremulis ſubuenit, datur indigeſtis, cardiacis, pleureticis, hepaticis, ſpleneticis, elicit menſtrua, nephreticos, arteticos, & iſchiadicos ſubleuat, uenena & uenenatas paſsiones & morſus admodum perſanat, lepras & uarias zermas emendat Eſt autem ſine ullo periculo, neq; alias moleſtias infert accipientibus, daturq; de ea ter in menſe pondus drachmarum trium cum mulſæ cyathis iij. & ſalis cochlear j.

## HIERA PACHII, EX D. Nicolai Alexandrini.

℞. Stœchados
Marrubij
Chamædryos
Agarici
Colocynthidos ana ⚹ x.
Opopanacis
Sagapeni
Petroſelini
Mali terræ
Piperis albi ana ⚹ v.
Cinnamomi
Spicæ nardi
Myrrhæ
Folij
Croci ana ⚹ iiij.

Mellis deſpumati triplũ, id eſt, ⚹ CCLXXXV. q faciũt li. iij. ℥ iiij. ⚹ v

Arida omnia in tenuiſsimum puluerem tundito, liquores uero opopanacem, ſagapenum electa & pura in mortario tundito, deinde in feruenti mortario cum melle deſpumato feruenti adhuc unito, ac reliquis miſceto cũ omnino leuigata fuerint. Cum uero mel ad diſſoluendos hos liquores accipies, de ſupra ſcripta quantitate ſumito, nihil addendo.



MALVM *terræ, id eſt, radix Ariſtolochiæ rotundæ ueræ.*

SCRIBONIVS *Largus mirum in modũ effert huius* Hieræ *uirtutes, quemadmodum etiam* Marcellus, *itaq; non ab re fuerit tuto ea uti, cum & nos eius efficaciam aliquoties experti ſumus.*

⚹ *hæc nota ſignificat* Romanis *ſcriptoribus denarium, eſt autem denarius pondus* Romanum *drachma paulo grauius.* Nam *drachmæ octo faciunt unciam, cũ denarij ſeptẽ conſtituant unciam, non raro tamen indifferenter pro drachma accipitur, ſed male.*

¶Compoſitio hæc ſanat morbo comitiali correptos, furioſos, ſcotomaticos, Cephalalgicos, facit ad deprauatam in utramlibet partem. Ad Tetanum, & Cynicum ſpaſmum, præcipue uero ad pectoris & lateris dolores prodeſt, ex qualibet cauſſa factos ſiue latente & occulta ſiue manifeſta. Præterea neruorum tenſionibus mirifice conuenit, prodeſt & ad articularem morbum, ad ſpinam & totius lumborum dolorem, duritias in mammis mulierum cũ dolore conſiſtentes ex toto interdum ſanat. Ad ſtomachicos euidenter cõuenit, Remediat enim eos quibus frequenter inaceſcit cibus, aut aſsidue nauſeant, aut ſaliua abundant, præcipue uero Melancholicis benefacit &c.

## CATHARTICVM IMperiale ſecundum deſcriptionẽ Nicolai Alexandrini.

℞. Diagridij
Sacchari ana ℥ viij.
Cinnamomi
Nardi
Saxifragæ
Polypodij ana ℥ iiij.

Charyophyllorum
Zingiberis
Celticæ .i. Spicæ Celticæ
Melanopiperis
Macropiperis
Cardamomi
Amomi, eius uice ſume noſtrum calamum aromaticum ana ʒ iij.
Mellis deſpumati lib. j. ℥ iiij. ʒ vij.

SAXIFRAGA *quam Græci deſcribunt mediam habet figuram & magnitudinem inter Pulegiũ & Thymũ. Germanice uocatur Stein polei.*

¶ Caput optime purgat, os bene olens reddit, de ſtomacho & toto corpore utramq; bilem deducit.

## PVLVIS MEDICAminis Turbith deſcriptione Auicennæ.

℞. Zingiberis albi
Maſtiches ana ʒ x.
Turbith ſubtiliſs. puluerizati ʒ x.
Sacchari Tabarzet quantũ eorũ eſt, Commiſceantur.

¶ Purgat humores phlegmaticos, datur pueris, mulieribus, ſenibus, & humidis, delicatis & ocioſis.

## PVLVIS SENE PRÆparatæ D. Montagnanæ.

℞. Senæ ʒ xij.
Zingiberis
Macis ana ʒ iij.
Cinnamomi
Tartari ana ʒ j. s.
Hæc in puluerem redacta conmiſceantur.

¶ *Purgat caput mirabiliter.*
*Doſis* ʒ j. *ante cœnam.*



## PVLVIS AVT TRAgea laxatiua.

℞. Turbith ℥ j.
Zingiberis
Cinnamomi
Maſtiches
Galangæ
Cardamomi minoris
Charyophyllorum
Aniſi
Hermodactylorum
Diagridij ana ℥ s.
Foliorum Senæ ℥ ij.
Sacchari ℥ iiij.
Miſceantur in puluerem contrita.

¶ *Purgat Choleram, Phlegma & Melancholiam.*

## PVLVIS STERNVtatorius.

℞. Radicum Pyrethri ℥ j.
Caſtorei ℥ s.
Hellebori albi
Hellebori nigri ana ℥ j.
Maioranæ M. j.
Miſceantur, fiat puluis lege artis.

## NASALIA.

℞. Calamintæ.
Maioranæ
Radicis Ireos
Seminis Nigellæ
Caſtorei
Seminis Staphiſagriæ ana ℈ j.
Hellebori albi
Pyrethri
Nucis Muſcatæ
Myrrhæ rubeæ
Euphorbij ana ℈ ij.
In pulueres ſingula conterantur, dein de cum

de cum Ladani ʒ vj. & melle modico formentur naſalia.

## SPECIES AD GLANdes, aut ſuppoſitoria acuta conficienda.

℞. Hellebori albi
Granorũ Colocynthidis ana ℥ j.s.
Eſulæ præparatæ
Hermodactylorum ana ℥ j.
Specierum Hieræ picræ ſimpl: Galeni ʒ ij.
Miſceantur pulueriżata.

## SVPPOSITORIA ſimplicia.

Conficiantur ex Melle & Sale.

# PILVLÆ.

## PILVLÆ ALEPHANginæ, S. D. Meſuæ.

℞. Cinnamomi
Cubebarum
Ligni aloes
Calami aromatici
Macis
Nucis Muſcatæ
Cardamomi
Charyophyllorum
Azari
Maſtiches
Schœnanthi
Spicæ Indicæ
Carpobalſami aut ſuccedanei eius ana ℥ j.

Fiunt ex aromatibus compositis
vide [illegible]



Abſinthij ſicci
Roſarum ana ʒ v.

Cõterantur groſſo modo, & infundantur in aquæ libris duodecim, & coquantur lento igne in duplici uaſe uſq; ad conſumptionem duarum partium, ideſt ad remanentiam tertiæ partis, Deinde exprimantur fortiter & colentur, in colaturæ libris duabus diſſolue Aloes Succotrinæ multoties in uitreo uaſe lotæ cum aqua pluuiali, & iterum ſiccate lib. j. agitentur ſimul continue in Sole, deinde addantur pulueres Myrrhæ, Maſtiches ana ʒ v. Croci ʒ iij. Deinde q̊d reliquum eſt colati decocti ex aromatibus, etiam affundito, & exiccentur ad Solem uel in Stufa, admiſcendo ſubinde quod denſatum eſt, liquido, & linteo puro uas obtegatur, aduerſus incidentium muſcarum & ſordium iniurias. Poſtremo reponatur maſſa, & fiant Pilulæ paruæ cum neceſſitas requirit.

PILVLÆ *Alephanginæ compoſitæ ſunt à Meſue, ut confortent potius Stomachum & Cerebrum, quàm ut aluum ducant. Propterea aloen toties lotam requirit, & nullum ſolutiuum medicamentum eis admiſcet, ſed confortantia omnia, niſi quis ſolum azarum excipiendum eſſe contendat.*

ISTÆ *pilulæ ubiq; ſunt in frequenti uſu, ſed rariſsime, ut decebat conficiuntur, nam detrahunt ponderi & numero aromatum, & augent pondus aloes, quidam etiam impuriſsimam aloen admiſcent, atq; ipſius aloes ſordes. Porro miror, cur Meſue iubeat ut decoquantur aromata, cum tamen omnia aromata tenuiſsimis conſtent uirtutibus, quæ facile inter decoquendum reſoluuntur. Adeo etiam ut deinde ipſum decoctum aut colatura prorſus nõ ſapiat aromata quæ incocta fuerant. Sed quia ita præparari hanc maſſam uoluit Meſue, in nulla re immutabimus eius placitum.*

QVIDAM *confectioni huius maſſæ pilularum Alephanginarum conſulentes, dimidiam aro*

*matum partem cum aqua decoquunt, & aloen in colatura diſſoluunt, alteram autem partem aromatum in minutiſſimum puluerem redactam inter exiccandum maſſæ admiſcent, non abſurda admodum ratione ſi aromata decoctionem ſuſtinerent.*

¶ Ventriculum, cerebrum, & ſenſoria humoribus craſsis, putribus, pituitoſis purgant, & inde natum dolorem diſsipant, uentriculum roborãt & concoctionem eius iuuant.

## PILVLÆ ASSAIERET S. D. Auicennæ.

℞. Specierum Hieræ picræ D. Galeni ℥ j.
Maſtiches
Myrobalanorũ Citrinorũ ana ℥. s.
Aloes optimæ ℥ ij.
Sirupi de Stœchade q. s. fiat Maſſa.

¶ Bilem flauam & pituitam uacuant.

## PILVLÆ ARABICÆ S. D. Nicolai.

℞. Aloes optimæ ℥ iiij.
Radicis Bryoniæ
Myrobalanorum Citrinorum
Myrobalanorum Chebulorum
Myrobala. Indarum
Myrobala. Belliricorum
Myrobala. Emblicorum
Maſtiches
Diagridij
Azari
Roſarum ana ℥ j.
Caſtorei ʒ iij.
Croci ʒ j.
Succi fœniculi s. q.
Fiat Maſſa.

¶ Valent ad capitis dolorem, uertiginem, hemicraniamq́; lætitiam generant, mentisq́; uigorem conſeruant, uiſum acuunt, auditumq́; amiſſum reparant, ac ſtomachum à uitioſis humoribus purgant.



## PILVLÆ ARTHRIticæ ſiue Artheticæ deſcriptionis Nicolai.

℞. Hermodactylorum
Turbith
Agarici ana ʒ iij.
Caſsiæ ligneæ ueræ
Spicæ nardi Indicæ
Charyophyllorum
Xylobalſami } aut Succedaneorum earum.
Carpobalſami
Zingiberis
Maſtiches
Fœniculi
Aniſi
Saxifragiæ
Seminis Aſparagi
Seminis Ruſci .i. bruſci
Roſarum
Granorum ſolis .i. milij ſolis
Salis gemmei ana ʒ. s.
Aloes optimæ ad pondus omnium
Succi fœniculi q. s.
Fiat Maſſa.

Ex aſparagi & Ruſci ſeminibus tantum pulpa illa carnoſa accipi debet abiectis corneis ſeminibus, idq́; ſemper eſt obſeruandum.

¶ Valent ad podagram, aliosq́; articulorum dolores.

## PILVLÆ DE AGArico D. Meſuæ.

℞. Agarici
Maſtiches ana ʒ iij.
Ireos
Praſsij ana ʒ j.
Turbith ʒ v.
Hieræ picræ ʒ iiij.
Colocynthidæ
Sarcocollæ ana ʒ ij.

Myr-

Myrrhæ ʒ j.
Sapæ quantum ſufficit.
Fiat Maſſa.

EGO *conſulerem ut Hiera picra nondum melle commiſta acciperetur, hoc eſt ſpecies eius aromaticæ cum aloe tantum mixtæ, intelligenda autem eſt Hiera picra ſimplex Galeni.*

SAPA *eſt muſtum optimum ad tertias decoctum.*

¶ Auxiliantur aſthmaticis, & alijs thoracis uitijs à craſsis & pituitoſis humoribus natis.

## PILVLÆ AVREÆ S. D. Nicolai.

℞. Aloes
Diagridij ana ʒ v.
Roſarum
Seminis Apij ana ʒ ij. s.
Aniſi
Fœniculi
Maſtiches ana ʒ j. s.
Croci
Pulpæ Colocynthidis ana ʒ j.
Mucilaginis Tragacanthæ q s.
Fiat Maſſa

¶ Caput expurgant, aciem oculorum exacuunt, flatus uentriculi & inteſtinorum diſſoluunt, ac citra moleſtiam aluum deijciunt.

## PILVLÆ AGGREGATIUÆ S. D. Meſuæ.

℞. Myrobalanorum Citrinarum
Raued Seni ana ʒ iiij.
Succi Eupatorij
Succi Abſinthij ana ʒ ij.
Diagridij ʒ vj.
Myrobalanorum Chebulorum
Myrobalanorum Indarum
Agarici
Colocynthidis
Polypodij ana ʒ ij.
Turbith optimi



Aloes ana ʒ vj.
Maſtiches
Roſarum
Salis gemmei
Epithymi
Aniſi
Zingiberis ana ʒ j.
Electuarij de ſucco roſarũ Meſuę q. s.
Fiat Maſſa.

RAVED *Seni, ideſt Rhabarbarum orientale optimum.*

SVCCI *Eupatorij & abſinthij debent eſſe inſpiſſati, ut Aloe.*

PER *Eupatorium hoc loco intelligendum eſt Eupatorium quod Meſue deſcribit, quod idem eſt cum Gratiola. Germanice uocatur Weyſaurin, copioſe naſcitur ad Albim, igitur hic erit ſuīendus eius ſuccus.*

¶ Valent ad diuturnas febres, & uitia capitis, uentriculi, & iecinoris. Humores item bilioſos & pituitoſos educunt.

## PILVLÆ BENEDICTÆ S. D. Nicolai.

℞. Specierũ Benedictæ laxatiuę ʒ vj.
Mellis Roſati quantum ſufficit.
Fiat Maſſa.

¶ Humores pituitoſos, potiſsimum ad articulos decumbentes eliciunt, à renibus quoq; & ueſica purgant.

## PILVLÆ COCHIÆ D. Rhaſis.

℞. Specierũ Hierę picrę Rhaſis ʒ x.
Colocynthidæ ʒ iij. ℈ j.
Scammoneæ ʒ ij. s.
Turbith
Stœchadis ana ʒ v.
Sirupi de Stœchade quantũ ſufficit.
Fiat Maſſa.

STOECHAS *cum ſimpliciter & indefinite poni-*

*te ponitur, ſemper eſt intelligenda Stœchas Arabica.*

¶ Cephalica rectius appellantur, quod ſcilicet caput magna efficacia expurgent, ex eoq́ ac neruis humores craſſos euacuent.

## HIERA PICRA RAſis ad faciendas Pilulas Cochias.

℞. Roſarum rubearum
Spicę nardi Indicæ
Maſtiches
Xylobalſami } aut ſuccedaneorum
Carpobalſami } eorum.
Cinnamomi
Xylocaſsiæ uera
Azari uidelicet radicum eius
ana ℈ j. gra. vj.
Aloes ℥ vj. ℈ ij.

## PILVLÆ DE COLOcynthide D. Meſuæ.

℞. Pulpæ colocynthidæ ℥ vj.
Myrobala: nigrarum, ideſt Indarum
Myrobala: Citrinarum
Sagapeni
Bdellij mollis
Sarcocollæ ana ℥ v.
Aloes ℥ vij.
Nigellæ
Cymini Carmeni
Origani Perſici
Naſturcij albi
Salis gemmei
Abſinthij ana ℥ j.
Succi Porri, quantum ſufficit.
Fiat Maſſa.

CYMINVM *Carmenum, id eſt orientale, ex Carmania regione.*

ORIGANVM *Perſiam, idem eſt quod Cretiam origanum, & eſt Maioranæ ſimile.*



NASTVRTIVM *album, ideſt Thlaſpi Germanice* Wegekreſſen: *ſignificat etiam Merretich.*

¶ Valent ad affectus pituitoſos & Melancholicos, ut alphos curatu difficiles, & iuncturarum dolores.

## PILVLÆ DE EVPAtorio maiores D. Meſuæ.

℞. Myrobalanorum Citrinarum.
Succi Eupatorij Meſuæ
Succi Abſinthij ana ℥ iij.
Raued Seni. i. Rheubarbari ℥ iij. s.
Maſtiches ℥ j.
Croci ℥ s.
Aloes bonæ ℥ v.
Succi Endiuiæ quantum ſufficit.
Fiat Maſſa.

¶ Mirifice proſunt in febribus intermittentibus bilioſis, morbo regio, iecinoriſq́ obſtructionibus.

## PILVLÆ DE EVphorbio D. Meſuæ.

℞. Euphorbij
Colocynthidæ
Agarici
Bdellij mollis
Sagapeni ana ℥ ij.
Aloes ℥ v
Succi porri quantum ſufficit, Fiat Maſſa.

¶ Ad emittendam hydropicorum flauam aquam, & materiam tumoris diſcutiendam ualent, opem quoq́ afferunt lumborum doloribus, & podagræ humida cauſa concitatæ.

## PILVLÆ FOETIDÆ maiores D. Meſuæ.

℞. Sagapeni
Hammoniaci
Opopanacis

Bdellij

Bdellij mollis
Colocynthidæ
Seminis Ruthæ
Aloes
Epithymi ana ʒ v.
Hermodactylorum
Eſulæ minoris ana ʒ ij.
Scammoneæ ʒ iij.
Cinnamomi
Spicæ nardi Indicæ
Croci
Caſtorei ana ʒ j.
Turbith ʒ iiij.
Zingiberis ʒ j. s.
Euphorbij ℈ ij.
Succi porri quantum ſufficit.
Fiat Maſſa.

¶Vacuant pituitam craſſam, crudam, ob id conferunt affectibus inde natis, arthriditi, podagræ, gonagræ, dolori ſpinæ, & aliarum iuncturarum, uentriculi, colico, alphis, elephantiæ, & albaras.

## PILVLÆ FOETIDÆ ſecundum D. Raſis.

℞. Specierũ Hieræ picræ Raſis ʒ x.
Colocynthidæ interioris ʒ v.
Euphorbij ʒ ij. s.
Caſtorei
Piperis
Aſæ fœtidæ
Sagapeni
Opopanaci
Seitaragi
Sinapis ana ʒ j.
Centaureæ minoris
Elaterij ana ʒ v.

Gummi, ſiue lachrymæ & liquores omnes denſati, in ſucco Rutæ q. s. diſſoluantur deinde admixtis reliquis fiat Maſſa.

SEITARAGI *ſiue Seytari* Indum *eſt herba ſimilis* Thlaſpi *maiori, id eſt,* Merrettich. *Latinis uocatur* Lepidium *maius, Germanice,* Roßkreſſen, Pfefferwurtz, Romiſch kreſſen *&* Maurkreſſen. *accipiendæ autem ſunt radices eius aut ſemina.*

ELATERIVM *.i. ſuccus fructuum* Cucumeris *aſinini exiccatus.*



## PILVLE DE FVMOterræ D. Auicennæ.

℞. Myrobalanorum Citrinarum
Myrobala. Chebulorum
Myrobala. Nigrarum, id eſt, Indarum ana ʒ v.
Aloes ʒ vij.
Scammoneæ ʒ v.

Succi Fumiterræ clarificati quantũ ſufficit ut formetur ter hæc maſſa, nam cũ primo fuerit ſicca maſſa, plus ſucci eſt addendum, & rurſum exiccetur, idq; tertio eſt faciendum.

¶Educunt è corpore humores bilioſos, acres & ſalſos, ideoq; aduerſus omnia cutis uitia ualet.

## PILVLÆ DE HERmodactilis maiores, deſcriptionis Meſuæ.

℞. Hermodactylorum
Myrobala. Citrinarum
Aloes
Turbith
Colocynthidæ
Bdellij mollis
Sagapeni ana ʒ vj.
Caſtorei
Sarcocollæ
Euphorbij
Opopanaci
Seminis Rutæ
Seminis Apij ana ʒ iij.
Croci ʒ j. s.

Succi

Succi caulium quantum ſufficit fiat Maſſa.

¶ Aduerſus podagram & Arthritin proſunt.

## PILVLÆ INDÆ deſcriptionis Haly.

℞. Myrobalanorum nigrarum, id eſt Indarum
Hellebori nigri
Polypodij ana ℥ v.
Thymi
Epithymi
Stœchados ana ℥ vj.
Agarici
Lapidis Lazuli loti
Colocynthidæ
Salis Indi (aut ſalis gẽmei) ana ℥ iiij.
Succi Eupatorij inſpiſſati
Spicæ Indicæ ana ℥ ij.
Charyophyllorum ℥ j.
Hieræ picrę ſimplicis Galeni ℥ xij.
Succi Apij quantũ ſufficit, fiat Maſſa.

¶ Valent ad affectus melancholicos, cancrũ, elephantiam, alphos nigros curatu difficiles, melancholiam morbum, & inde ortum tumorem & mœrorem, quartanam, icterum, ſpleneticũ, & ſplenis dolorem.

## PILVLÆ HIERÆ ſimplicis Galeni.

℞. Aloes ℥ L.
Cinnamomi
Xylobalſami (aut Succedanei eius)
Azari
Spicæ nardi Indicæ
Croci
Maſtiches Chiæ ana ℥ iij.
Mellis Roſati quantum ſufficit, fiat Maſſa.

¶ Aduerſus uitia uentriculi ex humoribus bilioſis & pituitoſis nata proſunt.



## PILVLÆ DE HIERA compoſita D. Nicolai.

℞. Cinnamomi
Spicæ nardi Indicæ
Croci
Schœnanthi
Azari
Xylocaſsiæ
Xylobalſami } aut eorum Succedaneorum.
Carpobalſami
Violarum
Abſinthij
Epithymi
Agarici
Roſarum
Turbith
Colocynthidæ
Maſtiches ana ℈ ij.
Aloes ℥ x. ℈ ij.
Fiat Maſſa cum aqua Endiuiæ.

¶ Opem ferunt uitijs capitis, neruorumq́; ab humoribus pituitoſis procreatis.

## PILVLÆ HIERÆ cum Agarico.

℞. Specierũ Hieræ ſimplicis Galeni
Agarici Trochiſcati ana ℥ iiij.
Aloes bonæ ℥ j.
Mellis roſati quantum ſufficit, fiat Maſſa.

¶ Auxiliantur ſtomachis, aſthmacis, & alijs ſtomachi & thoracis uitijs à craſsis & pituitoſis humoribus natis.

## PILVLÆ DE LAPIDE Lazuli ſiue Cyaneo, D. Meſuæ.

℞. Lapidis Lazuli abluti ℥ vj.
Epithymi
Polipodij ana ℥ viij.

Scam=

Scammoneæ
Hellebori nigri
Salis Indi aut gemmei ana ℥ ij. s.
Agarici ℥ viij.
Charyophyllorum
Aniſi ana ℥ iiij.
Specierũ Hieræ ſimplicis Galeni ℥ xv.
Succi Endiuiæ quantum ſufficit,
Fiat maſſa.

¶ Valent ad affectus melancholicos, & bile uſta natos.

## PILVLÆ DE LAPIde Armenio D. Meſuæ.

℞. Lapidis Armemij loti & præparati
Hieræ picræ ana ℥ v.
Epithymi
Polipodij ana ℥ viij.
Scammoneæ coctæ in Citonio ℥ iij.
Charyophyllorum ℥ ij.
Salis Indi aut gemmei ℥ j. s.
Cum ſucco Endiuiæ conficiatur maſſa.

¶ Melancholiam, & bilem vſtam multiplicem utramq; clementer uacuant, ob id morbis inde natis conferunt.

## PILVLÆ DE MEZEreo D. Meſuæ.

℞. Foliorum Mezerei præparatorum ℥ v.
Myrobalanorũ Citrinarũ ℥ iiij.
Myrobala: Chebulorũ ℥ iij.
Confice cum Thereniabin & Tamarindis in aqua Endiuiæ diſſolutis ana q. s.

THERENIABIN, *ſiue Tereniabin eſt Manna orientalis quæ Græcis uocatur* Droſomeli *&* Aëromeli.

¶ Seroſum excrementum ualenter purgant, ſeu aquas, ob id hydropem iuuant.



## PILVLÆ LVCIS maiores D. Meſuæ.

℞. Roſarum
Violarum
Abſinthij
Colocynthidæ
Turbith
Cubebarum
Calami aromatici
Nucis Muſcatæ
Spicæ nardi Indicæ
Epithymi
Carpobalſami } aut corũ ſuccedaneorum.
Xylobalſami }
Seſelios
Seminis Rutæ
Schœnanthi
Maſtiches
Azari
Charyophyllorum
Cinnamomi
Aniſi
Fœniculi
Apij
Caſsiæ ligneæ, uidelicet ueræ
Croci
Macis ana ℥ ij.
Myrobala. Citrinarum
Myrobala. Chebulorum
Myrobala. Indarum
Myrobala. Belliricorum
Myrobala. Emblicorum
Raued ſeni. i. Rheubarbari ana ℥ iiij.
Agarici
Senæ ana ℥ v.
Euphragiæ ℥ vj.
Aloes ſuccotrinæ ad pondus omniũ, id eſt ℥ xj. & ℥ ij.
Succi Fœniculi quantum ſufficit, fiat maſſa.

¶ Excrementa capitis pituitoſa educunt, uiſumq; roborant.

## PILVLÆ LVCIS MInores D. Meſuæ.

℞. Xylobalſami } aut eorũ Succe-
Carpobalſami } daneorũ ana ʒ j
Chelidoniæ, uidelicet maioris radicum ʒ v.
Roſarum
Violarum
Abſinthij
Euphragiæ ana ʒ iij.
Senæ
Epithymi
Myrobalanorum Citrinarum
Myrobala. Chebulorum
Myrobala. Indarum
Myrobala. Belliricorum
Myrobala. Emblicorum
Agarici
Colocynthidæ
Schœnanthi
Lycij
Lapidis Lazuli loti ana ʒ ij. s.
Aloes optimæ ad pondus omnium.
Succi Fœniculi aut Chelidoniꝫ quantum ſufficit, fiat maſſa.

¶ Idem quod priora poſſunt, atram tamen bilem magis uacuant.

## PILVLÆ MAſtichinæ.

℞. Maſtiches ℥ ij.
Aloes ℥ v.
Agarici ℥ j. s.

Infundatur Agaricus in aceto & Oxymelle ſimplici per diem & noctẽ, & rurſum exiccetur, deinde formetur maſſa cum ſucco Arthemiſiæ.

## PILVLÆ MASTICHInæ Petri de Ebano, ſiue Conciliatoris.

℞. Maſtiches ʒ iiij.



Agarici optimi ʒ iij.
Aloes electæ ʒ x.
Confice cum ſirupo de Stœchade.

¶ Præſeruant ſtomachum ab omni ægritudine, leuiter purgant, & maxime confortant, & non permittunt humores corrumpi, & qui eis utuntur, præſeruantur à doloribus ſtomachi, capitis, uentris, & matricis, conferunt triſtibus & melancholicis, & uicia matricis corrigunt.

## PILVLÆ DE ALOE & Maſtichæ D. Nicolai.

℞. Aloes ℥ j.
Maſtiches ℥. s.
Charyophyllorum
Roſarum rubearum ana ʒ j.
Croci
Diagridij ana ℈ ij.

Conformetur maſſa cum ſucco Fœniculi aut Abſinthij.

¶ Reſpiciunt uirtutem naturalem, purgant incolumiter ſtomachũ à phlegmate & à cholera

## PILVLÆ DE Aloe lota.

℞. Aloes lotæ cum ſucco roſarum rubearum ℥ j.
Agarici Trochiſcati ʒ iij.
Maſtiches ʒ ij.
Specierum Diamoſchi dulcis ʒ s.

Cum uino Maluatico cogantur in maſſam.

¶ Ventriculum, cerebrum, uiſcera reliqua, oculos, uterum putribus humoribus purgant, & roborant.

## PILVLÆ DE RHAbarbaro D. Meſuæ.

℞. Raued Seni, i, Rheubarbari ʒ iij.

Succi Glycyrrizæ
Succi abſinthij
Maſtiches ana ʒ j.
Myrobalanorum Citrinarũ ʒ iij. s.
Seminis Apij
Seminis fœniculi ana ʒ iij. s.
Trochiſcorum diarhodon ʒ iij. s.
Hieræ picræ ſimplicis ʒ x.
Aquæ fœniculi quantum ſufficit,
Fiat Maſſa.

¶ In febribus diuturnis, iecinoris obſtructionibus, & aquæ inter cutem initijs conferunt.

## PILVLÆ PESTIlentiales Ruffi, quæ aliàs de tribus uocantur.

℞. Aloes electæ ℥ ij.
Myrrhæ optimæ
Croci ſynceri ana ℥ j.
Confice cum uino Aromatico.

¶ Mirifice aduerſus peſtiferæ luis contagia populatim graſſantia pollent. Humores etiam uentriculo immerſos educunt

## PILVLÆ DE SARcocolla D. Meſuæ.

℞. Sarcocollæ ʒ iij.
Turbith ʒ iiij.
Colocynthidæ
Zingiberis ana ʒ j. s.
Salis gemmei ʒ j.
Aquæ Roſarum quantum ſufficit,
Fiat Maſſa.

¶ Pituitam uacuant, ob id pituitoſis affectibus commodant.

## PILVLÆ SINE QVIbus eſſe nolo, D. Nicolai.

℞. Aloes optimæ lotæ ʒ xiiij.
Myrobalanorum Citrinarum



Myrobala: Chebulorum
Myrobala: nigrarũ, ideſt Indarum
Myrobala: Belliricorum
Myrobala: Emblicorum
Rheubarbari
Maſtiches
Abſinthij
Roſarum
Violarum
Senæ
Agarici
Cuſcutæ ana ʒ j.
Scammoneæ præparatæ ʒ vj. s.
Diſſoluātur ſcammonea in ſucco fœniculi ſufficienti, & cum hac diſſoluta Scammonea formetur maſſa.

¶ Mirabiliter purgant Choleram, phlegma, & melancholiam, ualent proprie ad cataractas & obſcuritates oculorum, uiſum cuſtodientes: aurium dolorem ſanant, & iliosis conferunt.

## PILVLAE STOMAchicæ Alkindi.

℞. Myrobalanorum Citrinarum
Myrobala: Nigrarum
Myrobala: Chebulorum ana ʒ iij.
Roſarum
Maſtiches ana ʒ ij.
Cardamomi
Ligni aloes
Sandali citrini
Cubebarum
Caryophyllorum
Schœnanthi
Nucis muſchatæ ana ʒ ij.
Raued Seni. i. Rheubarbari ℥. s.
Turbith ʒ vij.
Aloes ad pondus omniũ, fiat Maſſa.

¶ Cerebrum, & uentriculum corruptis humoribus purgant, uentriculũ roborant, coctionem iuuant, appetentiam excitant.

## PILVLÆ STOMAchicæ D. Meſuæ.

℞. Myrobalanorum Citrinorum
Aloes
Turbethi ana ʒ x.
Roſarum
Spicæ Indicæ
Maſtiches ana ʒ iij. s.
Aniſi ʒ j. s.
Salis Indi aut ſalis gemmei
Croci ana ʒ j.
Formetur maſſa cũ ſucco Abſinthij.

¶ Bilioſos & pituitoſos uacuant humores, eos potiſſimum qui caput & uentriculum obſident.

## PILVLÆ IMPERIAles magiſtrales.

℞. Cinnamomi
Amomi, eius loco ſumatur acorus uerus
Aniſi
Maſtiches
Cardamomi minoris
Zingiberis
Zeduariæ
Maceris
Nucis Muſcatæ
Charyophyllorum
Croci
Cubebarum
Ligni aloes
Turbethi
Tereniabin, ideſt Mannæ
Agarici
Foliorum Senæ
Myrobalanorum Citrinorum
Myrobala. Chebulorum
Myrobala. Indorum
Myrobala. Belliricorum
Myrobala. Emblicorum



Rhapontici ueri, ideſt Rheubarbari ad pondus omnium
Aloes quantum totum æquat.
Conficiantur cum Sirupo roſato aut uiolato.

¶ Modicum ſoluunt & plurimum confortant ſtomachum, & omnia inteſtina frigida, muniunt uirtutes naturales, remouẽt frigiditatem, clarificant ſanguinem & ſpiritum.

## PILVLÆ DE OPOpanaco D. Meſuæ.

℞. Opopanacis
Hermodactylorum
Sagapeni
Bdellij mollis
Ammoniaci
Colocynthidos ana ʒ v.
Croci
Caſtorei
Myrrhæ rubeæ
Zingiberis
Piperis .i. nigri
Macropiperis
Caſsiæ ligneæ
Myrobala. Citrinorum
Myrobala. Indorum
Myrobalano. Belliricorum
Myrobalanorũ Emblicorũ ana ʒ j.
Scammoneæ ʒ ij.
Turbethi ʒ iiij.
Aloes ʒ xij.
Cogantur in Maſſam cum infuſione gummi in aqua caulium.

¶ Valent ad paralyſim, ſpaſmum cynicum, gonagram, podagram, & aliorum articulorum dolores, morboſq; partium neruoſarũ frigidos.

## PILVLÆ DE QVINque generibus Myrobalanorum D. Nicolai.

℞. Quinq; generũ Myrobalanorũ
Agarici

Agarici
Diagridij
Colocynthidos
Senæ ana ʒ. s.
Epithymi
Turbethi
Aniſi
Marathri
Maſtiches
Lapidis Lazuli p̄parati ana ʒ ij.gr.v.
Aloes ℥ j.
Formetur maſſa cū ſucco Abſinthij.

☞ Educunt humorem cholericum, phlegmaticum, & melancholicū, & clarificant ſanguinē.

## PILVLÆ DE OCTO rebus ſiue Optomere, D. Nicolai.

℞. Aloes
Diagridij ana ʒ ij.
Interioris Colocynthidos
Epithymi
Agarici
Maſtiches
Dauci Cretici
Myrobala. Chebulorum
Abſinthij ana ʒ j.
Cū ſucco Solani cōformetur maſſa.

☞ Purgant humores craſſos à capite, uiſum clarificant, et cataractas oculorum prohibent.

## PILVLÆ DE SERApino D. Meſuæ.

Sagapeni
Ammoniaci
Opopanacis
Bdellij ana ʒ ij. s.
Seminis Apij
Ammios
Harmelæ .i. ſeminis rutæ ſylueſtris



Aniſi ana ʒ j.
Acori .i. calami aromatici
Caſsiæ ligneæ ueræ
Calamentæ
Spicæ Indæ
Centaurij .i. minoris
Polij
Coſti
Salis gemmei ana ʒ. s.
Aloes ʒ vj.
Colocynthidos ʒ v.
Cogantur in Maſſam cum aqua aut ſucco Matricariæ.

NOTATO, *ingreditur ſecundum Meſuæ Sataragum Indum, Sed Clementius Clementinus loco eius poſuit Caſsiam ligneam.*

☞ Pollent ad iſchiadem, podagram, & reliquarum iuncturarum dolorem, ac etiam uteri, menſesq́ promouent.

## PILVLÆ DE BDELlio maiores Meſuæ.

℞. Bdellij ʒ xij.
Ammios ʒ iij.
Myrobalanorum Chebulorum
Myrobala. Indorum
Myrobala: Belliricorum
Myrobala: Emblicorum
Auellanarum aduſtarum
Succini aut Karabæ ana ʒ ij.s.
Maceretur Bdellium in ſucco foliorum Porri, & conficiatur maſſa.

☞ Valent ad fluxum hæmorrhoidum & ulcerum in eis, & ad menſes immodicos.

## PILVLÆ DE CYNOgloſſa D. Nicolai.

℞. Cynogloſſæ
Opij
Seminis Hyoſcyami ana ʒ iiij.

Myrrhæ Troglodyticæ ʒ vj.
Thuris maſculi ʒ v.
Charyophyllorum ʒ ij.
Cinnamomi
Styracis rubei ana ʒ ij.
Cum aqua roſarũ conficiatur Maſſa.

¶ Magnam uim obtinent in tenuibus ſiſtendis deſtillationibus, ac doloribus mitigandis.

## PILVLAE BECHIAE.

℞. Pineorum nucleorum
Amygdalarum amararũ ana ℥ j.s
Glycyrrizæ ʒ vj.
Succi glycyrrizæ ℥ iiij.
Cũ aqua roſarũ conformetur Maſſa.

¶ Aduerſus tuſsim ueterem pollent, & gutturis ac faucium aſperitatem.

## PILVLÆ ALEPHANginæ D. Valerij Cordi.

℞. Myrobala. Chebulorum
Myrobala. Citrinorum
Myrobala. Indarum
Myrobala. Belliricorum
Myrobala. Emblicorũ ana ℥ ſ.
Acori ueri
Galangæ
Zedoariæ
Doronici Romani
Radicularum Azari
Dictamni noſtratis radicũ
Abſinthij
Roſarum ana ʒ iiij.

Contundantur omnia groſſo modo, & Myrobalani per ſe macerentur prius, in aquæ clariſsimę fontanæ lib. iiij. per horas xxiiij. deinde coquantur donec ferè tertia pars aquæ ſit in uaporē reſoluta, poſtea coque etiam radices & aromata lento igne in duplici uaſe cum aquæ clariſsimæ li. vj. & affunde hijs antea coctas Myrobalanos cũ ſuo iuſculo, ultimo roſas adijciendo coquantur uſq; ad tertias, coletur poſtea fortiter exprimendo, hinc in colatura diſſolue



Aloes optimæ & lotæ & rurſum exiccatæ lib. iij.

Ponantur omnia in uitrea patina ad ſolem aut in ſtuffam, & agitentur ſæpiſsime ut concreſcens in margine Aloe, liquido commiſceatur, cum uero mellis ſpiſsitudinem fuerint conſecuta, tunc adde ſequētium ſpecierum puluerem minutiſsime tritum.

℞. Galangæ
Cyperi
Zedoariæ
Doronici
Ligni aloes
Cinnamomi
Schœnanthi
Nardi Celticæ radicularum
Nucis Muſcatæ
Macis
Cubebarum
Cardamomi
Charyophyllorum ana ʒ iiij.
Maſtiches
Succini .i. Carabe ana ʒ vj.
Myrrhæ
Croci ana ʒ iiij.

Agitentur optime cum Aloe ſpecies & fiat maſſa cum diligentia.

MYROBALANI *omnes hoc pondus debent habere exemptis nucleis ſiue lignis.*

PILVLÆ *iſtæ Alephanginæ ſunt efficaces imò efficatiores prioribus, relinquimus tamen unicuiq; liberum arbitrium, alterutram uel utramq; componendi.*

HOC *loco non debet poni Dictamnus Creticus, ſed radices Diptami quæ uulgo in uſu ſunt, & proprie cortex radicum eius, Germanice uocatur Aſchwurtz, propterea quod folio eius ſunt ſimilia Fraxino arbori, & hæc eſt uera Fraxinella.*

SYRV.

# SIRVPI.

## SIRVPVS DE DVAbus radicibus.

℞. Radicum Petroſelini
Radicum Fœniculi ana ℥ iiij.
Aquæ quantum ſufficit
Sacchari clarificati lib. ij.
Coquantur ſecundum artem.

## SIRVPVS DE QVINque radicibus.

℞. Radicum Apij
Radicum Fœniculi
Radicum Petroſelini
Radicum Ruſci
Radicum Aſparagi ana ℥ iiij.
Aquæ quantum ſufficit
Sacchari lib. iiij.
Coquantur ſecundum artem.

¶Confert febribus pituitoſis & bilioſis, & ijs incipientibus.

## SIRVPVS ACETOſus ſimplex D. Meſuæ.

℞. Aceti uini lib. iij.
Sacchari clarificati in aqua lib. v.
Coquantur ſecundum artem.

¶Eſt communis ad omnem materiam, digerit choleram, phlegma, & melancholiam, ratione aceti attenuat craſſos humores, incidit uiſcoſos, duros mollit, ineptos euellit, ubiq; penetrat, opilationes aperit; prouocat urinam, putredini reſiſtit, & corrigit malitiam humorum, idcirco in febribus peſtiferis iuuat, ſed ra ione re miſſæ frigiditatis, tenues & ſubtiles humorum partes inſpiſſat, adæquat, calorem refrigerat, uiſcera lenit, & ſitim ſedat.



## SIRVPVS ACETOſus compoſitus D. Meſuæ.

℞. Radicum Fœniculi
Radicum Apij
Radicum Endiuiæ ana ℥ iij.
Seminis Aniſi
Seminis Fœniculi
Seminis Apij ana ℥ ſ.
Seminis Endiuiæ ʒ iij.
Aquæ quantum ſufficit,
Sacchari optimi lib. iij.
Aceti acerrimi lib. ij.
Coquantur ſecundum artem.

¶Bilem craſſam & auulſu difficilem, ac pituitam incidit, terget, obſtructa hepatis, lienis, renum, aperit.

## SIRVPVS ACETOſitatis Citri D. Meſuæ.

℞. Acetoſitatis mali Citri per pannum deſtillatæ lib. vj.
Sacchari Albiſsimi lib. iij.
Coquantur ſecundum artem.

RARO *habent pharmacopolæ Sirupum acetoſitatis Citri uerum, nam plerumq; uenditur pro eo Sirupus Citreorum conditorum. Porrò cum quis bene conficere uoluerit, oportet ut per filtrũ aut pannum deſtilletur acetoſitas Citriorum, ſine ulla ui aut expreſſione, alioquin coagulatur, cum refrixerit, Sirupus.*

¶Aeſtum ac feruorem bilis flauæ, febriumq; ardentiũ & peſtilentialium mitigat, ſitim quoq; uehementem reſtinguit.

## SIRVPVS ACETOSItatis Limonũ D. Meſuæ.

℞. Acetoſitatis limonum maturorum per filtrum deſtillatæ lib. vj.
Sacchari albiſsimi lib. iij.
Coquantur ſecundum artem.

¶Vehemen-

¶ Vehementius infrigidat & penetrat, quàm Sirupus acetoſitatis Citri, et ualet contra putrefactionem, contra uermes, uehementiam caloris febrilis, & alios crudos humores.

## SIRVPVS ARANciorum acetoſorum.

℞. Succi Aranciorũ acetoſorũ per pannũ aut filtrũ deſtillati lib. vj.
Sacchari albiſsimi lib. iij.
Coquantur ſecundum artem.

*AD hunc modum poteſt etiam fieri ex ſucco Aranciorum dulcium.*

## SIRVPVS DE AGREſta D. Meſuæ.

℞. Agreſtæ lib. v.
Sacchari clarificati lib. iij. s.
Coquantur ſecundum artem.

*AGRESTA eſt ſuccus uuarum immaturarum qui Græce uocatur Omphacium, & inſpiſſatus ſeruatur, hoc autẽ loco recipienda eſt Agreſta nondum ad ſpiſsitudinem decocta.*

*Agreſta exprimi debet ex generoſiſsimis uuis, apud nos paulo ante maturitatem.*

¶ In magnis æſtibus ad ſitim reſtinguendum mirifice confert, uomitum & alui profluuium bilioſum ſiſtit, febribus bilioſis ſuccurrit, grauidarum uomitum etiam reprimit, ac uentriculũ earundem firmat, uenenisq; aduerſatur.

## SIRVPVS DE POmis D. Meſuæ.

℞. Succi pomorum dulcium
Succi pomorũ acetoſorũ ana lib. v.
Coquantur, deſpumentur & colẽtur, deinde adde
Sacchari lib. iij.
Coquantur ſecundum artem.

*SVCCVS exprimendus eſt ex optimis pomis ſiue malis, qualia ſunt que weynlinge ſiue*



*weynſeurlen uocantur, in acetoſorum genere, ex dulcibus etiam ſapidiſsima ſunt eligenda.*

¶ Cor imbecillum roborat, ob id ſyncopen & cordis tremorem ſanat.

## SIRVPVS GRANAtorum dulcium D. Meſuæ.

℞. Succi Granatorum dulciũ lib. v.
Sacchari albiſsimi lib. iij.
Coquantur ſecundum artem.

*MALE hodie faciunt Sirupum granatorum, indifferenter cum dulcibus acetoſa granata miſcentes, oportet enim utrumq; Sirupum tam acetoſorum quam dulcium granatorum ſeorſim conficere, nam diuerſis morbis, morborumq; accidentibus medentur.*

¶ Sitim, tuſsim & pleuritidem iuuat.

## SIRVPVS GRANAtorum acetoſorũ D. Meſuæ.

℞. Succi Granatorũ acetoſorũ li. v.
Sacchari albiſsimi lib. iij.
Coquantur ſecundum artem.

¶ Febres bilioſas, & quæ ex pituitoſis flammam multam inuehunt, iuuat.

## SIRVPVS DINARII ſiue de Bizantijs ſimplex, D. Meſuæ.

℞. Succi Endiuiæ
Succi Apij ana lib. ij.
Succi Lupuli
Succi Bugloſſæ domeſticæ aut ſylueſtris ana lib. j.
Succi depurẽtur & deſpumentur dũ maneant lib. iiij.
Sacchari optimi lib. ij. s.
Coquantur cum facilitate donec fiat Sirupus.

QVIDAM

*QVIDAM differentiam faciunt inter Sirupum Dinarij et de Bizantijs, alterum ſimplicem alterum compoſitum uocantes. Sed nos ſimplicis & compoſiti nomine diſtinguimus, utrumq; Dinarij ſiue de Bizantijs appellantes.*

¶ Humores craſſos & lentos incidit atq; extenuat, obſtructiones auffert, morboq; regio ſuccurrit.

## SIRVPVS DE BIzantijs cõpoſitus D. Meſuæ.

℞. Succi Endiuiæ ueræ
Succi Apij ana lib. ij.
Succi Lupuli
Succi Bugloſſæ domeſticæ aut ſylueſtris ana lib. j.
In Succis decoquantur
Florum roſarum ℥ ij.
Glycyrrhizæ ʒ iiij.
Seminis Aniſi
Seminis Fœniculi
Seminis Apij ana ʒ iij.
Spicæ nardi Indicæ ʒ ij.
Colaturæ adde
Aceti lib. ij.
Sacchari albiſsimi lib. iij.
Coquantur ſecundũ artẽ diligenter.

¶ Sirupus Bizantinus compoſitus, eſt efficacior ſimplici.

## SIRVPVS DE ARthemiſia D. Matthæi de Gradibus.

℞. Arthemiſiæ M. ij.
Pulegij
Calaminthæ
Origani
Melliſſæ
Dictamni Cretici
Perſicariæ
Sabinæ .i. Sauinæ
Amaraci, hic accipe Maioranæ



Chamædryos
Perforatæ .i. Hypericonis
Chamæpityos .i. Iua aromatica
Comarum Matricariæ
Centaureæ minoris
Rutæ
Betonicæ
Bugloſſæ
Radicum Fœniculi
Radicum Apij
Radicum Petroſelini
Radicum Aſparagi
Radicum Bruſci
Radicum Saxifragiæ, eius loco accipiantur radices Pimpinellæ.
Radicum Enulæ Campanæ
Radicum Cyperi
Radicum Rubeæ tinctorum
Radicum Ireos
Radicum Peoniæ ana M. j.
Baccarum Iuniperi
Seminis Liguſtici
Seminis Petroſelini
Seminis Apij
Seminis Aniſi
Seminis Nigellæ
Carpobalſami (aut Succedanei eius)
Coſti
Radicum Azari
Radicum Pyrethri
Caſsiæ ligneæ aromaticæ
Cardamomi
Calami aromatici
Phu .i. radicis eius ana ℥. s.
Aquæ quantum ſufficit
Sacchari lib. iiij.
Coquantur omnia magna diligentia, ſecundũ artem, ne plus quàm neceſſe ſit aromata bulliant.

*PRO uulgari & falſo Dictamno hic debet poni Dictamnis Creticus, qui ſingulariter facit ad ea, ad quæ Sirupus hic eſt compoſitus.*

*SAXIFRAGIAM Itali uocant eam her-*

 *bam*

*bam quam nos Pimpinellam appellamus, et huius radix hic debet accipi.*

Medetur paſsionibus matricis, & retinet eam in proprio loco, reſoluit frigiditatem, uentoſitatem, & dolores, corroborat neruos, aperit poros, ſanguinem corrigit, menſtruis imperat & prouocat.

## SIRVPVS DE ABſinthio maior D. Meſuæ.

℞. Abſinthij Romani lib. s.
Roſarum rubearum ℥ ij.
Spicæ Indicæ ʒ iij.
Vini clari ueteris & optimi
Succi Cytoniorum ana lib. ij. s.
Macerentur in uaſe marmoreo aut fictili denſo per noctem unam, deinde decoquantur, Colaturæ adde
Sacchari lib. ij.
Confice ſecundum artem.

*Abſinthium Romanum, id eſt, Abſinthium Ponticum guſtu adſtringens, & aromaticum, uulgare autem dicitur ruſticum Abſinthium.*

Ventriculum roborat & iecur, aliaq́ instrumenta nutritionis, appetentiamq́ excitat, contra regium morbum prodeſt, flatus diſcutit, humoresq́ per urinam pellit.

## SIRVPVS INFVſionis Roſarum.

℞. Infuſionis roſarum lib. v.
Sacchari clarificati lib. iiij.
Coquantur cum facilitate.

Eſt conueniens ad extinguendam ſitim in febribus acutis, & ad remittendum exceſſum caliditatis in eis, confortans ſtomachum relaxatū, & hepar ſupercalefactum, & cor, reſiſtens putredini, conueniens tempore peſtilentiæ, & reſiſtēs uenenoſitati.

## SIRVPVS INFVſionis Violarum.

℞. Infuſionis uiolarum lib. v.



Sacchari clarificati lib. iiij.
Coquantur cum facilitate.

Febribus acutis, iecinoris & cordis caloribus, aſperitati gutturis, morbo laterali, tuſsiq́ aridæ ſuccurrit, ſitim reſtinguit, aluūq́ emollit.

## INFVSIO ROSArum Meſuæ

℞. Foliorum Roſarum li. j. ponantur in urceo anguſti oris, & infunde illis aquæ calidæ lib. iij. aut quantum ſufficit ut madeant. Macerentur per horas viij. aut xij. obſtructo fictilis orificio, deinde exprime leuiter, & excola infuſionem, abiectis roſis, & iterum inde recentes roſas, & infuſionē excolatā calefac & infunde roſis, ac obſtructo orificio urcei in calido loco dimitte ꝑ horas viij. uel xij. Poſtea rurſum excola & colaturam calefactā infunde alijs recentibus Roſis, & tertio dimitte, & ſi efficaciorem facere uolueris etiam quarto recentes roſas in eodem diluto recalefacto macera, ac poſtremo addito ſaccharo Sirupum facito.

*Porro quidam tundunt Roſas, quidam uero integras ponunt, & tuſæ quidem celerius uim ſuā & colorem in aquam deponunt, ac minorem locū occupant. At Violæ cum tunduntur aliquam herbaceam & tædioſam acrimoniam acquirunt, hoc eſt, Sye krigen einen gruſenden geſchmack im mund, quare conſulantur hac de re Doctores medici.*

*HÆC infuſio dicitur alio nomine Mucharus & Mucharum, ſiue ex Violis ſiue Roſis fiat.*

*MESVÆ tantum bis iubet Roſas infundi, melius uero eſt ut ſæpius recentes abiectis ſubſtituantur.*

## INFVSIO VIOLArum.

Infuſio Violarum eodem modo fit, quo Roſarum infuſio.

SIRV.

## SIRVPVS DE SVCco Fumiterræ maior, D. Meſuæ.

℞. Myrobalanorũ Citrinorum
Myrobala. Chebulorũ ana ʒ xx.
Florum Borraginis
Florum Bugloſſæ
Florum Violarum
Abſinthij
Cuſcutæ ana ℥ j.
Glycyrrhizæ
Roſarum ana ʒ iiij.
Epithymi
Polypodij ana ʒ vij.
Prunorum numero C.
Paſſularum enucleatarum lib. s.
Tamarindorum
Pulpæ Caſſiæ fiſtulæ ana ℥ ij.
Aquæ lib. x.
Coquantur ſecundum artem ad tertias, deinde cola, & colaturæ adde
Succi Fumiterræ depurati
Zacchari albiſsimi ana lib. iij.
Coquantur lento igne ad iuſtam conſiſtentiam, & repone.

*Meum Exemplar manuſcriptum habet Prunorum lib. S. quemadmodum paſſulæ.*

¶ Sirupus fumariæ maior, uentriculum & hepar roborat, obſtructiones aperit, cutis morbos, præcipue ab humore ſalſo, uel uſto natos, ut pſoram, lepram, impetiginem, ſerpiginem curat.

## SIRVPVS DE MENta maior D. Meſuæ.

℞. Succi Cytoniorum muzorum
Succi Cytoniorum dulcium
Succi Granatorum acetoſorum
Succi Granatorum dulcium
Succi Granatorũ Muzorũ ana li. j. s.
In ſuccis macerẽtur per horas xxiiij. ſequentia.



℞. Mentæ ſiccæ lib. j. s.
Roſarum rubearum ℥ ij.
Coquantur deinde cũ facilitate uſqꝫ ad medietatis conſumptionem, colentur, & colaturæ adde,
Mellis uel
Zacchari lib. ij.
Coquantur ad perfectionem, & cum reponis aromatiza cũ Gallia moſchata trita uera, & in ſindone ligata, atqꝫ ex orificio uaſis ſuſpenſa.

MVZORVM, *ideſt in uini ſaporem accæſcentium, nam muzus ſapor de dulcedine & acetoſitate aliquid habet.*

NOTANDVM *eſt, ſi quis cum melle uelit hunc Sirupum conficere, ut accipiat mel odoratum aromaticum quale è Dantiſco aduehitur uel tale aliud, ut eſt quod uocant uirgineum mel, & Saxones Krut honig, quaſi aromaticum mel, & non illud uulgare flatuoſum.*

¶ Ventriculum frigidum roborat, ob id nauſeam, uomitum, ſingultum fluorem alui ſedat.

## SIRVPVS DE MENtha minor D. Meſuæ.

℞. Succi Mentæ depurati lib. j.
Succi Granatorum dulcium
Succi Granatorum acetoſorum, ad medietatem coctorum
Zacchari uel Mellis ana lib. j.
Coquantur ſenſim ſecundum artem.

IN *hoc quoq; Sirupo notandum eſt, quod in proximo Sirupo de Mentha maiore diximus de melle.*

¶ Eandem fere cum ſuperiore facultatem habet.

## SIRVPVS DE CALAmintha D. Meſuæ.

℞. Calaminthæ domeſticæ
Calaminthæ ſylueſtris ana ℥ ij.

 Liguſti.

Liguſtici .i. Seminis
Dauci (uidelicet ſeminis eius)
Schœnanthi ana ʒ v.
Paſſularum enucleatarum lib. s.
Mellis lib. ij.
Aquæ quantum ſufficit,
Coquantur ſecundum artem.

*MEL cum additur huic Sirupo, tunc oportet eſſe optimum & aromaticum mel, ut ante etiam dixi, idq; in omnibus Sirupis, & Oxymellibus obſeruandum eſt.*

*POTEST etiam cum Saccharo fieri hic Sirupus, quia pauci optimum & aromaticum mel emere & expetere conſueuerunt.*

*DOMESTICA Calamintha eſt quæ in agris & cultis locis naſcitur, & uulgo uocatur Kornmintze.*

*SYLVESTRIS autem Calamintha eſt quæ in incultis locis & montibus prouenit, & appellatur Calamintha montana.*

¶ Lienoſis plurimum confert, quibus durus eſt lien & pene irreſolubilis, & his qui frigida uiſcera habent, & aſthmate laborant, præſertim in ſenibus, & in habentibus antiquas tuſſes, ſi quis enim uel pectus uel uentriculum, uel inteſtina craſſa, tenaci, & irreſolubili materia plena habeat, hoc Sirupo ſanatur.

## SIRVPVS DE SVCco Endiuiæ ſimplex.

℞. Succi Endiuiæ depurati lib. viij.
Sacchari Tabarzeth lib. v.s.
Coquantur ſecundum artem.

*ENDIVIA uera eſt herba ſatiua, caulibus folijsq; Cichoreæ ſimilibus, maioribus tamen pinguioribusq;, flores etiam ſimiles ſunt Cichoreæ, allatum eſt ſemen eius ex Italia, & iam multis in locis apud nos ſeritur.*

¶ Valet principaliter ad omnes ſupercalefactiones hepatis & aliorum membrorum nutritiuorum, & in morbo laterali maxime cõuenit.

## SIRVPVS DE ENdiuia compoſitus.

℞. Endiuiæ recentis



Borraginis
Scariolæ
Epaticæ
Bugloſſæ
Meliſſæ
Lactucæ
Eupatorij ana M. j.
Seminũ frigidorũ maiorũ ana ℥ j.
Sandali albi
Sandali rubei ana ʒ j.
Florum Cordialium ana ʒ iij.
Coquantur ſecundum artem, in ſufficienti quantitate aquæ, deinde cola, & colaturæ adde
Succi Endiuiæ depurati lib. j.
Vini Granatorum ℥ iij.
Sacchari albi lib. iiij.
Fiat Sirupus ſecundum artem.

¶ Valet præcipue ad ſupercalefactiones hepatis, cordis, & aliorum membrorum nutritiuorum, & generaliter confert, cuilibet complexioni calidæ, & eſt apertiuus oppilationum, & cõfortatiuus membrorum debilitatorum à mala complexione calida, eſt etiam digeſtiuus materiarum cholericarum acutarum.

## SIRVPVS DE CIchorio cum Rhabarbaro Nicolai Florentini.

℞. Endiuiæ domeſticæ
Endiuiæ ſylueſtris
Cichorij
Taraxacon ana M. ij.
Cicerbitæ
Epaticæ
Scariolæ
Lactucæ
Fumi terræ
Lupulorum ana M. j.
Hordei non excorticati ℥ ij.
Veſicariæ .i. alkekengi
Glycyrrhizæ
Capillorum Veneris

Ceterach

Ceterach .i. Aſplenij
Polytrichi
Adianthos ana ʒ vj.
Radicum Fœniculi
Radicum Apij
Radicum Aſparagi ana ℥ ij.

Coquãtur in aqua ſufficienti,& per colentur, deinde cum Sacharo albo clarefacto fiat Sirupus,pro cuius una quaq; libra inter coquendum adijciantur

Rhabarbari optimi ʒ iiij.
Spicæ nardi ℈ iiij.

Colligato in linteolo raro quod ſæpe exprimatur, dum Sirupus conſiſtentiam iuſtam nanciſcatur.

¶ Valet contra omnem materiam uenenoſam in alterando & mundificando eam,& proprie in anthrace, & ſimilibus, ualet & in febre peſtilentiali. Confortat cor & nutritiua,mundificat materias per urinam & ſeceſſum, & facit appetere cibum, ac inducit ſomnum.

## OXYSACCHARA ſimplex D. Nicolai.

℞. Sacchari albi lib. j.
Succi malorum granatorum acetoſorum ℥ viij.
Aceti ℥ iiij.

Coquantur cum facilitate ad ignem in uaſe ſtanneo dum Sirupi craſſamentum adſciſcat.

¶ Digerit materias cholericas phlegmati mixtas, quæ grauant ſtomachum & præcordia, & faciunt tertianas duplas inordinatas,quas uocant erraticas, & ſimiles quartanis duplis.

## OXYSACCHARA compoſita D. Nicolai Præpoſiti.

℞. Capillorum ueneris
Linguæ ceruinæ, ideſt Phyllitidis.



Scolopendriæ, ideſt Aſpleni
Polytrichi
Hepaticæ
Violarum
Radicum Fœniculi
Radicum Ruſci
Radicum Aſparagi
Radicum Graminis ana lib. j.

Hoc modo confice. In ſucco malorum granatorum, herbas radices triduum macerato, quarto die parum bullire ſinito, cum forti expreſſione percolato, poſtremo addito Sacchato quod ſatis fuerit,ad iuſtam craſſitiem concoquito.

¶ Concalefacta corpora potum iuuat: lõgis febribus quas ſanguis aut bilis creauit, & calori iecinoris auxilio eſt,& lienis obſtructiões tollit.

## SIRVPVS DE IVIVBIS D. Meſuæ.

℞. Iuiubarum numero LX.
Violarum
Seminis Maluæ ana ʒ v.
Capilli ueneris
Hordei mundati
Glycyrrhizæ ana ℥ j.
Seminis Citoniorum
Seminis Papaueris albi
Seminis Melonum
Seminis Lactucæ
Tragacanthæ ana ʒ iij.
Aquæ fontis lib. iiij. aut q. s.
Sacchari lib. ij.
Coquantur ſecundum artem.

¶ Sirupus iſte, cõfert raucitati, tuſſi, & pleuritidi.

## SIRVPVS VIOLArum D. Meſuæ.

℞. Violarum ℥ ij.

Seminis Cytoniorum
Seminis Maluæ ana ℥ j.
Iuiubarum
Sebeſten ana numero XX.
Aquæ cucurbitæ quantum ſufficit.
Sacchari lib. j. s.
Coquantur ſecundum artem.

CVCVRBITA *debet deſtillari cum adhuc eſt tenera, anteq̃ indureſcere incipiat.*

¶ Prodeſt pleuritidi & tuſſi à cauſa calida.

## SIRVPVS DE SVCco Violarum.

℞. Violarum recentiũ iamiam lectarum quantitatem ſatis magnam, & decerpe ab ijs purpurea foliola, & abijce uirides eorum cauliculos, quoniam herbaceam habent acrimoniam & floridum colorem hebetant. Contunde deinde decerpta uiolarum folia in mortario marmoreo & exprime, mox
℞. Expreſſi ſucci lib. ij.
Sacchari lib. iiij.

SACCHARVM *prius clarificetur, & ad iuſtam conſiſtentiam coquatur, amoto deinde ab igne Saccharo tepeſieri ſinito, & ſuccum infundito, & rurſum lento igne ad ſpiſsitudinem coquito, & emicantẽ in coquẽdo ſpumam continue auferto.*

QVIDAM *ſpumam non auferunt ne color pereat. Sed cito corrumpitur cum ſpuma repoſitus.*

HIC *uiolarum Sirupus in Miſnia fit, præſertim Lipſiæ, ubi eum uocant Succum uiolarum.*

¶ Bilis acrimoniam obtundit, ac ob lentorẽ thoracis uitijs eſt aptum.

## SIRVPVS DE PRASſio D. Meſuæ.

℞. Praſsij ℥ ij.
Glycyrrhizæ ℥ j.



Capilli Veneris
Hyſſopi ana ʒ vj.
Calaminthæ
Aniſi
Radicum apij
Radicum fœniculi ana ʒ v.
Seminis Maluæ
Seminis fœnogreci
Radicis Ireos ana ʒ iij.
Seminis Lini
Seminis Cytoniorũ ana ʒ ij.
Paſſularum enucleatarum ℥ ij.
Ficuũ ſiccarũ pinguiũ nume: XVI.
Penidiorum lib. ij.
Mellis lib. ij.
Aquæ quantum ſufficit.
Coquantur ſecundum artem.

MEL *oportet eſſe aromatiam & optimum, poteſt tamen etiam cum Sacchαro fieri.*

¶ Vitijs thoracis & pulmonis diuturnis, & à frigido tenaciq; humore excitatis, atq; eradicatu difficilibus ſuccurrit, hinc eſt quod ſenibus & aſthmaticis plurimum conducat.

## SIRVPVS DE GLYcyrrhiza D. Meſuæ.

℞. Glycyrrhizæ raſæ ℥ ij.
Capilli Veneris ℥ j.
Hyſſopi ℥ s.
Aquæ lib. iiij.
Macerentur horis xxiiij. deinde
Coquantur ad dimidias, colaturæ adde
Mellis optimi
Penidiorum
Sacchari ana ℥ viij.
Aquæ roſarum ℥ vj.
Fiat Sirupus ſecundum artem.

¶ Thoracem & pulmonẽ expurgat, ideoq; diuturnæ tuſſi & pleuritidi auxiliatur.

SIRV-

## SIRVPVS DE HYSſopo D. Meſuæ

℞. Hyſſopi aridi
Radicum Apij
Radicum Fœniculi
Radicum Petroſelini
Glycyrrhizæ ana ʒ x.
Hordei mundati ʒ iiij.
Seminis Maluæ
Seminis Cytoniorum
Tragacanthæ ana ʒ iij.
Capilli Veneris ʒ vj.
Iuiubarum
Sebeſten ana num. xxx.
Paſſularum magnarum enucleatarum ℥ j. ʒ iiij.
Ficuum Siccarum
Dactylorũ pinguiũ ana num. x.
Penidiorum alborum lib. ij.
Confice ſecundum artem.

☞Ad uitia thoracis & pulmonis efficax eſt, humoreſq; excreatu difficiles extenuat & educit.

## SIRVPVS DE EVPAtorio D. Meſuæ.

℞. Radicum Fœniculi
Radicum Apij
Radicum Endiuiæ ana ℥ ij.
Glycyrrhizæ
Schœnanthi
Cuſcutæ
Abſinthij
Roſarum ana ʒ vj.
Capilli Veneris
Bedeguaris
Suchahæ
Florum aut radicum Bugloſſæ
Aniſi
Fœniculi
Eupatorij ana ʒ v.
Raued ſeni .i. Rhabarbara orientalis



Maſtiches ana ʒ iij.
Spicæ nardi Indicæ
Azari
Folij, pro folio pone Spicam Romanam ana ʒ ij.
Aquæ quantum ſufficit, aut lib. viij.
Succi Apij
Succi Endiuiæ ana lib. s.
Sacchari lib. iiij.
Coquantur ſecundum artem.

*PRO Bedeguare & Suchaha quæ hodie non cognoſcuntur licet accipere Carduũ Benedictum & Cardinam .i. Cardopaciæ radicem.*

*Eupatorium quod Meſuæ ſemper intelligit, eſt Graciola, ut ante etiam dictum fuit aliquoties.*

☞Frigidis iecinoris uitijs, ac eiuſdem obſtructionibus, aquæ inter cutem, maloq; corporis habitui ſuccurrit, humores enim craſſos extenuat, roburq; iecinori adijcit. Vrinas mouet, & Hypochondriorum tenſionem demolitur.

## SIRVPVS DE STOEchade ſimplex.

℞. Florum Stœchadis ʒ xxx.
Thymi
Calaminthæ
Origani ani ʒ x.
Aniſi ʒ vij.
Paſſularum enucleatarum ℥ iiij.
Aquæ quantum ſufficit, coquantur ſecundum artem. Colaturæ adde
Mellis optimi lib. iiij. s.
Condiatur cum
Cinnamomi
Calami aromatici
Zingiberis ana ʒ j. s.
Ligentur in Sindone & in Sirupo ſuſpendantur.

## SIRVPVS DE STOEchade compoſitus D. Meſuæ.

℞. Florum Stœchadis ʒ xxx.

Thymi

Thymi
Calaminthæ
Origani ana ʒ x.
Aniſi
Pyretri ana ʒ vij.
Piperis longi ʒ iij.
Zingiberis ʒ ij.
Paſſularum enucleatarum ℥ iiij.
Aquæ quantum ſufficit.
Mellis optimi lib. v.

Coquantur ſecundum artem lento igne, colaturæ adde mellis prædictas lib. v. & cum reponis tum cōdias ſequentibus ſpeciebus in ſindone rara & munda ſuſpenſis.

℞. Cinnamomi
Calami aromatici
Spicæ nardi Indicæ
Croci
Zingiberis
Piperis nigri
Piperis longi ana ʒ j. s.

Contundantur groſſo modo.

*Ego in condiendo Sirupo de Stœchadis utroq; pro* CALAMO *aromatico mallem imponere, Schœnanthum aut Galangam, nam uero Calamo aromatico iam caremus.*

¶ Iuuat omnes affectus frigidis cerebri & neruorum, ut Paralyſin, epilepſiam, ſpaſmum, ſpaſmum cynicum, tremorem, ac uentriculum firmat.

## SIRVPVS DE EPIthymo D. Meſuæ.

℞. Epithymi ʒ xx.
Myrobalanorum Citrinorum
Myrobalanorū Indarū ana ʒ xv.
Cuſcutæ
Fumiterræ ana ʒ x.
Thymi
Bugloſſæ
Calaminthæ
Emblicorum



Belliricorum
Glycyrrhizæ
Polypodij
Agarici
Stœchados ana ʒ vj.
Roſarum
Fœniculi
Aniſi ana ʒ ij. s.
Prunorum num. xx.
Paſſularum enucleatarum ℥ iiij.
Tamarindorum ℥ ij. s.
Aquæ quantum ſufficit.
Sacchari lib. iiij.
Sapæ lib. ij.
Coquantur ſecundum artem.

SAPA *eſt muſtum optimum ad tertias decoctum.*

¶ Atram bilem, & alios humores uſtos uacuat, ob id morbos ex his naſcētes, elephantiam, cancrum, ulcera maligna, fiſtuloſa, pſoram, lepram, præcauet, curatq;.

## SIRVPVS DE NYMphea D. Franciſci de pede montium.

℞. Florum Nympheæ ℥ ij.
Florum ungulæ Caballinæ aquaticę
Pſyllij integri
Acetoſæ ana ℥ j.
Seminis Cucurbitæ
Seminis Citrulli
Seminis Cucumeris
Seminis Melonis ana ʒ iiij.
Seminis Lactucæ
Seminis Endiuiæ
Seminis Scariolæ
Seminis Portulacæ ana ʒ ij.
Radicum Fœniculi ℥ j.
Aquæ Hordei quantum ſufficit.
Zacchari lib. j.
Aceti albi
Succi Granatorum acetoſorum
ana ℥ ij.

Coquan-

Coquantur ſecundum artem, deinde aromatizetur cum
Sandali Citrini
Spicæ nardi Indicæ ana ʒ j. s.

*DVÆ ſunt Nymphea ſpecies, altera candidum, altera luteum florem habet, & utriuſq; flores hunc Sirupum ingrediuntur. Nam Autor huius Sirupi eam ſpeciem quæ albos habet flores uocat Nenuphar, alteram uero quæ luteos fert flores, appellat ungulam Caballinam aquaticam à foliorum figura, & florum colore.*

*SCARIOLA eſt ſpecies Endiuiæ quam nos in Germania uocamus Endiuiam, uulgo Genſdiſtel. & habet ſpinulas in dorſo foliorum.*

¶ Bilis flauæ feruorem extinguit, ideoq; mirifice in ardentibus aliiſq; acutis febribus auxiliatur, ſomnum quoq; conciliat.

## SIRVPVS DE PAPAuere D. Meſuæ.

℞. Capita papaueris albi recentia
Capita papaueris nigri recentia ana ʒ LX.
Aquæ pluuialis lib. iiij.
Coquantur uſquequo remaneant tantum aquæ lib. j. s. colaturæ adde
Sacchari
Penidiarum ana ℥ vj.
Fiat Sirupus ſecundum artem.

¶ Valet ad catarrhum & tuſsim, cauſam inſomniæ.

## SIRVPVS DE PAPAuere compoſitus D. Meſuæ.

℞. Papaueris albi
Papaueris nigri ana ʒ L.
Capillorum Veneris ʒ xv.
Glycyrrhizæ ʒ v.
Iuiubæ numero XXX.
Seminis Lactucæ ʒ xxxx.
Seminis Maluæ
Seminis Cytoniorum ana ʒ vj.



Coquantur in lib. iiij. aquæ uſq; ad duas, & cum
Sacchari &
Penidiarum ana ℥ viij.
Fiat Sirupus ſecundum artem.

¶ Valet ad tuſsim ſiccam, phthiſim, catarrhum, inſomniæ cauſam.

## SIRVPVS DE SVCco Myrtillorũ D. Meſuæ.

℞. Succi Myrtillorũ depurati lib. viij.
Sacchari clarificati lib. iiij.
Coquantur ſecundum artem.

*CVRANDVM eſt ut afferatur ex Italia aut Narbonenſi Gallia Myrtillorum Succus, ſi quis uolet hunc Sirupum conficere.*

¶ Sirupus Myrtarum uentriculum & uiſcera roborat, ob id fluorem alui antiquatum ſiſtit, & tuſsim mitigat.

## SIRVPVS MYRTInus compoſitus.

℞. Myrtillorum ʒ xx.
Sandali albi
Sumach
Balauſtiorum
Berberis ana ʒ xxx.
Meſpilorum ʒ centum
Succi Granatorum
Succi pomorum agreſtiũ ana lib. ij.
Omnia in dictis ſuccis coquantur & fiat Sirupus cum
Sacchari lib. v. S. A.

¶ Hic Sirupus ſiſtit uentris fluorem etiam antiquum, & ſcreatum ſanguinis.

## SIRVPVS DE SVCco Acetoſæ D. Meſuæ.

℞. Succi Acetoſæ depurati lib. iij.
Sacchari clarificati lib. ij.
Coquantur ſecundum artem.

¶ Febribus bilioſis & peſtilentialibus ſaluber eſt, cordis & uentriculi flammeum calorem extinguit, ipſaq́ roborat.

## SIRVPVS DE SVCco Borraginis.

℞. Succi Borraginis depurati li. viij
Sacchari deſpumati lib. iiij.
Coquantur aliquandiu, deinde
℞. Florū Borraginis recentiū lib. j.
Contundantur aliquantulum & coquantur in aquæ quantitate ſufficienti, & colaturam adfunde prædictis & fac ſecundum artem.

*SVCCVS Borraginis prius eſt clarificandus cum albuminibus ouorum, alioquin plus ſatis mucilaginoſus fieret Sirupus.*

¶ Cor ipſum roborat, eiusq́ tremorē & ſyncopen ſanat, manicos & melancholicos iuuat.

## SIRVPVS DE SVCco Bugloſſæ.

℞. Succi Bugloſſæ depurati lib. viij.
Sacchari lib. iiij.
Florum Bugloſſæ recentium lib. j.
Flores tuſi coquantur in aqua, & colatura prioribus affuſa ſimul ad perfectionem coquatur.

*Intelligo hic eam Bugloſſam quæ uulgo in uſu eſt, non illam Italicam maiorem.*

*SVCCVS Bugloſſæ difficulter exprimitur, nam fit mucilago dum tunditur Bugloſſa, ideo tuſa dimittenda eſt per noctē in frigido loco & poſtridie exprimendus Succus, atq; cum albuminibus ouorum clarificandus.*

¶ Cor confortat, lætitiamq́ generat.

## SIRVPVS DE LVpulo.

℞. Succi lupuli depurati lib. iiij.



Succi fumiterræ depurati lib. ij.
Sacchari lib. vj.
Coquantur ſecundum artem.

*POTEST etiam hic Sirupus fieri è ſolo Lupuli ſucco, ut Meſuæ placet in capite de ſpeciebus Volubilis. Exprimendus autem eſt ſuccus Lupuli cum adhuc teneræ ſunt eius Viticulæ & Aſparagi.*

¶ Refrigerat, & collectionum impetus lenit, bilem regio morbo corruptos laborantibus detrahit, pituitam in aqua intercutem exigit per aluum.

## IVLEB ROSATVM.

℞. Aquæ roſarum lib. iiij.
Sacchari clarificati lib. ij.
Fiat cum diligētia ſecundum artem.

¶ Febrium, thoracis, & uentriculi incendium, caloremq́ flammeum extinguit, ſitim inexpletam ſedat.

## IVLEB VIOLATVM.

℞. Aquæ uiolarum lib. iiij.
Sacchari clarificati lib. ij.
Coque ut Iuleb Roſatum.

¶ Febres, phlegmonas, pleuritidem, aſperitatem gutturis & thoracis, ac tuſsim mitigat.

## MIVA CYTONIOrum ſimplex D. Meſuæ.

℞. Succi Cytoniorū depurati lib. xij.
Coquatur ad medietatē & affunde uini ueteris optimi lib. viij.
Sacchari lib. xij.
Coquantur ſecundum artem.

¶ Ventriculū roborat, & cibū in eo continet.

## MIVA CYTONIOrum aromatica D. Nicolai.

℞. Succi Cytoniorum acetoſorum lib. xx.

uini

Vini ueteris optimi lib. x.
Mellis deſpumati optimi lib. vj.
Poteſt tamē etiam cū Saccharo fieri.
Coquantur ad perfectionem, & aromatizētur in ſindone ligatis, cum
Cinnamomi electi
Cardamomi maioris ana ʒ iiij.
Chariophyllorum ʒ ij.
Zingiberis
Maſtiches ana ʒ j. s.
Croci ʒ ij.
Xyloaloes
Macis ana ʒ j. s.
Moſchi ʒ j.
Galliæ Moſchatæ ueræ ʒ ij.
Fiat ſecundum artem.

¶ Ventriculum, hepar, & cætera uiſcera robo rat, appetentiam excitat, coctionem iuuat, uomi tum & lienteriam ſedat.

## MEL ROSATVM D. Meſuæ.

℞. Roſarum rubearum nondum penitus apertarum lib. ij.
Mellis optimi lib. vj.
Coquantur lento igne ſecundū artē.

¶ Stomachum confortat & mundificat, et eſt digeſtiuum materiarum phlegmaticarum in ſto macho & meſeraicis contentarum.

## MEL ROSATVM aliud efficacius.

℞. Foliorum Roſarum rubearum nondū explicitarū contuſorū li. ij.
Coquantur in aquæ cœleſtis lib. iiij.
Colaturæ fortiter expreſſæ adde
Succi roſarum rubearum depurati
Mellis optimi deſpumati ana li. iiij.
Coquantur ſecundum artem

## OXYMEL SIMPLEX deſcrip. Meſuæ.

℞. Mellis optimi deſpumati lib. iiij.



Aceti uini acerrimi
Aquæ clariſsimæ ana lib. ij.
Mel cum aqua deſpumetur iterum diligenter, & cum aqua fuerit cōſum pta, tunc adde acetum & coque ſecun dum artem.

¶ Humores craſſos, lentos ac pituitoſos in cidit, extenuat, & abſtergit, atq; adeo obſtructio nes aufert, ſputum educit, ſpiritumq; facilio rem reddit.

## OXYMEL COMpoſitum.

℞. Radicum Fœniculi
Radicum Apij ana ℥ iiij
Radicum Petroſelini
Radicum Ruſci
Radicum Aſparagi
Seminis Apij
Seminis Fœniculi ana ℥ j.
Coquantur in aquæ clare lib. vj. aut quantum ſufficit. Colaturæ adde
Aceti acerrimi lib. j.
Mellis optimi deſpumati lib. ij.
Coquantur ſecundum artem.

¶ Humores craſſos & pituitoſos incidit, ex tenuat, & abſtergit, obſtructiones tollit iecino ris, lienis, ac renum urinam mouet, ſudoremq; euocat.

## OXYMEL SCYLLITIcum ſimplex D. Meſuæ.

℞. Mellis deſpumati lib. iij.
Aceti Scyllitici lib. ij.
Coquantur ſecundum artem.

¶ Humores craſſos, lentos, auulſu contuma ces ſeparat, ob id confert uentriculi, & aliorum uiſcerum affectibus hos humores ſequentibus, ructum acidum ſanat, & ueſicæ mollificationē, ſeu urinæ incontinentiam.

## OXYMEL SCYLLITIcum compoſitum.

℞. Radicum Apij
Radicum Fœniculi ana ℥ iiij.
Radicum Petroſelini
Radicum Ruſci
Radicum Aſparagi
Seminis Apij
Seminis Fœniculi ana ℥ j.
Coquantur in aquæ lib. vj. aut quantum ſufficit. Colaturæ adde
Aceti Scyllitici lib. j.
Mellis optimi deſpumati lib. ij.
Fiat ſecundum artem.

¶ Id potentius multo incidit, tenuat, terget, obſtructa aperit, in diuturnis quartanis, & quotidianis, quàm Oxymel compoſitũ de radicibus.

## MEL ANACARDInum D. Azaranij.

℞. Anacardos recentes, terantur & in aqua coquantur, donec melliginem quandam in rubeo colore fuſcam remittant, eam aquæ innatantem auferto & reponito.

## MEL EMBLIcorum.

Mel Emblicorum, eſt mel in quo Emblici Myrobalani ſunt conditi. Alij uero uocant Emblicorum decoctum, ad mellis conſiſtentiam inſpiſſatum.

## MEL PASSVlarum.

℞. Vuarum paſſarum lib. iiij.
Infundantur eis aquæ lib. xij. aut q. s.



& macerentur horis xxiiij. deinde cõquantur ad remanentiam tertiæ partis. Colentur & colatura decoquatur ad craſsitudinẽ mellis, & reponatur, hoc decoctum uocatur Mel paſſularum.

# ROB.

## ROB DE RIBES compoſitum.

℞. Succi ribes lib. iiij.
Sacchari optimi lib. ij.
Coquantur ſecundum artem.

¶ Ventriculum firmat, uomitum bilioſum reprimit, ſitim reſtinguit, aliaſq; excretiones bilioſas ſiſtit.

## ROB DE RIBES ſimplex.

℞. Succi Ribes lib. viij.
Coquatur per ſe ad ſpiſſitudinem mellis & reponatur.

## ROB DE BERBERIS compoſitum.

℞. Succi Berberis lib. iiij.
Sacchari optimi lib. ij.
Coquantur ſecundum artem.

## ROB DE BERBERIS ſimplex.

℞. Succi Berberis lib. viij.

Coqua-

Coquatur per ſe uſq; ad mellis ſpiſſitudinem.

¶ Rob ex oxyacantha eaſdem quas præcedens facultates obtinet.

## ROB NVCVM D. Meſuæ.

℞. Succi corticum uiridium Iuglandium lib. iiij.
Mellis optimi lib. ij.
Coquantur ſecundum artem.

¶ Deſtillationi tenuium humorum à capite, & inflammationem excitantium confert.

## DIAMORON D. Nicolai.

℞. Succi Mororum celſi lib. ſ.
Succi Mororum rubi lib. j.
Mellis optimi deſpumati lib. j.
Sapæ ℥ iij.
Coquantur ſecundum artem.

¶ Contra depaſcentia oris ulcera, ad dentium affectus & gingiuarum noxas, atq; ad omnia oris uitia gargarizatus proficit.

## DIAMORON aliud D. Vale: Cordi.

℞. Succi Mororum rubi
Succi Mororum rubei Idæi
Succi mororum Celſi
Succi Fragarum ana lib. ij.
Mellis deſpumati optimi lib. iiij.
Coquantur lento igne ſecundũ artẽ.

MORORVM *omnium ſuccus exprimendus eſt anteq̃ perueniant ad maturitatem.* Porrò Mo*ra rubi idæi & fraga citius matureſcunt quàm alia, ideo oportet ut horum Succus colligatur & cum Sacchαro decoctus reponatur, donec alij matureſcant. ſint autem ſucci uniuſcuiuſq; lib. ij. Sacchari lib. j ad quemuis eorum. i. Sacchari lib. ij.*

RVBVS *Idæus eſt ille rubus quem nos uocamus* Himpen. *eius mora ſiue fructus uocantur* Himper.



# LOHOCH.

## LOHOCH SANVM & expertum D. Meſuæ.

℞. Cinamomi
Hyſſopi
Glycyrrhizæ ana ʒ iiij.
Iuiubarum
Sebeſten ana numero XXX.
Paſſularum enucleatarum
Ficuum ſiccarum
Dactylorum pinguium ana ℥ ij.
Fœnogreci ʒ v.
Capilli ueneris M j.
Aniſi
Fœniculi
Ireos
Seminis Lini
Calaminthæ ana ʒ iiij

Coquantur ſecundũ artem in aquæ clariſſimæ lib. iiij. ad conſumptionem lib. ij.
Colaturæ expreſſæ adde
Penidiarum lib. ij.
Coquantur ad perfectionẽ, poſtea inſperge ſubſequentia minutiſsime incisa & tuſa.

℞. Pinearum mundatarum ʒ v.
Amygdalarum dulcium mundatarũ
Succi glycyrrhizæ
Tragacantæ
Gummi arabici
Amyli ana ʒ iiij.
Ireos ʒ ij.
Agitentur omnia ſimul celerrime donec albeſcat.

¶ Tuſsi uociſq; aſperitati à frigiditate natæ auxilio eſt. Craſſos in thorace & pulmone humores extenuat.

## LOHOCH DE PINO D. Meſuæ.

℞. Pinearum ʒ xxx.

Amygdalorum dulcium
Auellanarum aſſatarum
Tragacanthæ
Gummi arabici
Glycyrrhizæ
Amyli
Capilli Veneris
Ireos ana ʒ iiij.
Carnium dactylorum ʒ xxxv.
Amygdalarum amararum ʒ iij.
Mellis paſſularum
Butyri recentis
Sacchari Tabarzet ana ʒ iiij.
Mellis Tabarzet lib. iij. ℥ j. ʒ iiij.

Conterenda contundantur, & incidenda incidantur minutiſsime & cum melle excipiantur.

MEL *Tabarzet eſt optimum ſynceriſsimum atq; odoratiſsimũ mel, quale ex Dantiſco affertur.*

¶ Tuſsi diuturnæ, difficultati ſpiritus, & aſthmati ſuccurrit, humores in thorace craſſos incidit, & extenuat.

## LOHOCH DE PAPAuere D. Meſuæ.

℞. Papaueris albi ʒ xxv.
Amygdalarum dulcium
Pinearum
Gummi Arabici
Tragacanthæ
Succi Glycyrrhizæ ana ʒ x.
Amyli
Seminis Portulacæ
Seminis Lactucæ
Seminis Cytoniorum ana ʒ iiij.
Croci ℥ j.
Penidiarum albarum ℥ iiij.
Sirupi de papauere lib. iij.

Omnia contundantur & incidantur atq; cum Sirupo excipiantur, ſecundum artem. Porrò iſte Sirupus de papauere ſic fieri debet



℞. Capitum Papaueris albi recentiũ
Capitum Papaueris nigri recentium ana ℥ vj.
Seminis Lactucæ
Florum Violarum ana ℥ j.
Aquæ quantum ſufficit aut lib. viij.
Coquantur & Colaturæ adde
Sacchari lib. iiij.
Coquantur ad ſpiſsitudinem.

Hoc Loboch *de* Papauere *appellatur etiam alio nomine* DIAPAPAVER.

¶ Iuuat tuſsim, & gutturis aſperitatem à catarrho calido, tenui (quem ſputum liquidum indicat) eũ enim coquit, & craſſat. Confert etiam febribus ardentibus, dolenti thoraci, pleuritidi.

## LOHOCH DE Scylla D. Meſuæ.

℞. Succi Scyllæ
Mellis deſpumati ana lib. j.
Coquantur ſecundum artem.

*Scylla proprie ſuccum non habet, ſed mucilaginem, quæ ſic eſt colligenda.*

℞ *Scyllas crudas tres aut quatuor eius laminas puriores, plenas & nitidas, in partes incidito cultello eburneo, deinde in pila ſiue mortario fictili aut lapideo ſiue marmoreo terito cum agitaculo ex ligno Guaiaco ſiue ſancto facto, & deinde exprime & utere.*

¶ Elegma de Scylla, materiam craſſam, lentam, coctu difficilem in partibus reſpiratorijs, expelli facile ſtrenue reddit, et natã inde ſpirandi difficultatem, & thoracis dolorem leuat.

## LOHOCH DE PVLmone uulpis D. Meſuæ.

℞. Pulmonis uulpini ſiccati
Succi Glycyrrhizæ
Seminis Aniſi
Seminis Fœniculi
Capilli Veneris ana ſ. ℥
Sacchari clarificati ℥ xv.

Con-

Conterantur omnia tenuiſsime & cum Saccharo excipiantur.

## LOHOCH AD Aſthma.

℞. Scyllæ aſſatæ ℥ s.
Radicum Ireos
Hyſſopi
Praſſij ana ʒ j.
Myrrhæ rubeæ
Croci ana ʒ s.
Cum Mellis quantitate ſufficienti fiat Lohoch.

# TROCHISCI.

## TROCHISCI DE VIpera D. Andromachi.

℞. Carnis uiperinæ cum Anetho ſale & aqua coctæ ℥ viij.
Panis triticei puriſsimi triti & cribrati ℥ ij.
Formentur trochiſci cum iuſculo in quo decoctæ fuerint carnes Viperinæ, & inungantur cum Opobalſamo aut oleo Macis aut Caryophyllorum aut nucis muſchatæ, Sed oleum Caryophyllorum propius accedit ad naturam Balſami. Siccentur in loco umbroſo libero uentoq; pflabili.

*VIPERA eſt ſerpens quem recentiores uocant Tirum, Itali uero Maraſſum & Scurzionẽ ut ſcribit Nicolaus Leonicenus: ingrediuntur aũt hij Trochiſci in Theriacam, apud nos uero nondum licuit uidere hoc ſerpentum genus. Igitur ex Italia peti debent ueri Trochiſci de Vipera.*



## TROCHISCI SCYLlitici D. Andromachi.

℞. Scyllæ aſſatæ lib. j.
Farinæ Orobi ℥ viij.
Formẽtur Trochiſci ſecundũ artem.

## TROCHISCI HEDIchroi D. Aetij.

℞. Mari ſiue Maioranæ, aut loco eius Dictamni Cretici
Azari
Samſuchi
Aſpalathi, eius loco ſumatur ſemen agni caſti
Opobalſami, eius loco accipiatur oleum Caryophyllorum
Schœnanthi
Calami aromatici, eius loco ſumatur Galanga
Phu pontici ana ʒ j. gra. xv.
Xylobalſami
Cinnamomi
Coſti ana ʒ j. s.
Myrrhæ Troglodyticæ
Folij aut ſuccedanei eius
Spicæ nardi Indicæ
Croci
Caſſiæ ana ʒ iij. s. gra. xv.
Amomi aut ſuccedanei eius ℈ ij. gra. xiij.
Maſtiches ana ʒ s. gra. vij. s.
Vini ueteris odorati dulcis quantum ſufficit, formentur trochiſci.

*MARVM herba eſt non diſsimilis Maioranæ, eius loco accipitur Dictamnus Creticus.*

*SAMSVCHVS, ideſt Maiorana, quidam habẽt Amaracum quod idem eſt. Non enim debet*

hoc

*hoc loco accipi Matricaria aut Cotula fœtida quæ etiam uocatur Amaracus.*

ASPALATHVS *eſt cortex quidã odoratus, eius loco acćipe lignũ Aloes aut Sandalũ Citrinum odoratiſſimum, aut ſemen Agni caſti.*

FOLIVM, *pro Folio ſume Spicæ Romanæ radicum Macis ana partes æquales.*

HI *Trochiſchi appellantur ab Arabibus Alindaracaron, à recentioribus uero ut Nicolao ſunt parum immutati, & uocantur Diacoralli.*

## TROCHISCI HEDYchroi D. Galeni.

℞. Corticum radicum Aſpalathi, ipſius loco ſumatur ſemen Agni caſti.
Nardi Indicæ
Calami aromatici, ſume eius loco galangam
Foliorum Malobatri
Coſti
Azari
Xylobalſami
Phu
Amaraci, hic ſignificat Maioranam.
Maſtiches ana ℥ vj.
Schœnanthi
Cinnamomi.
Amomi
Caſsiæ
Rheupontici .i. Rhabarbari
Myrrhæ
Croci ana ℥ xij.

Omnia ſubtiliſsime trita cũ uino Phalerno, in Trochiſcos formentur, qui in umbra exiccentur, & Opobalſamo aut oleo Charyophyllorum inuncti reponantur.

GALENVS *in libello de Theriaca ad Pamphilianum ſcripto, ad hunc modũ præcipit conficiendos eſſe Hedychroos Trochiſcos. Sunt enim proximis non ignauiores.*

*Pro Aſpalatho, quo caremus, licet acćipere Se: Agni caſti, aut ligni aloes, aut Sandalum Citrinum odoratum. Oportet etiam diligenter aduertere ne pro Aſpalatho Aſphaltum legatur aut accipiatur.*

*Pro Amomo uero, quo caremus, pone Carpeſium, aut uocatum Calamum aromaticum.*

*Pro Vino Phalerno accipe aliud quoduis uinum generoſiſſimum.*



## TROCHISCI HEDYchroi alij Galeni.

℞ Mari
Azari
Amaraci, ideſt Maioranæ
Aſpalathi ana ℥ ij.
Schœni, ideſt ſquinanthi
Calami odorati
Phu pontici
Xylobalſami } aut ſuccedaneorum eorum.
Opobalſami }
Cinnamomi
Coſti ana ℥ iij.
Myrrhæ
Folij Malobathri aut ſuccedanei eius
Nardi Indicæ
Croci
Caſsiæ ana ℥ vj.
Amomi aut ſuccedanei eius ℥ xij.
Maſtiches Chiæ ℥ j.
Vini Phalerni quantum ſufficit.

*Formentur Trochiſci & in umbra exiccentur, Opobalſamo aut oleo Charyophyllorum uncti.*

*Pro Maro ſume Dictamnum Creticum.*

ASPALATHI *loco, ſume lignum Aloes, aut Sandalum Citrinum, aut ſemen Agni Caſti, ut Galenus de ſuccedaneis dicit.*

*Pro Calamo ſume Galangam.*

*Pro Opobalſamo, ſume oleũ Charyophillorũ.*

AMOMI *loco, ſume uocatum Calamum aromaticum.*

*Pro Malobathro, ſume Spicæ Romanæ radices, aut Spicæ Romanæ radicum, & Macis ana partes æquales.*

CASSIA *.i. Caſſia lignea aromatica ſimilis Cinnamomo.*

MASTICHE *Chia .i. Maſtix è Chio inſula, quæ eſt optima.*

HÆC

*HÆC eſt genuina Hedichroi compoſitio, ut Galenus dicit, & hæc debet ingredi Theriacam Andromachi ſenioris.*

*GALENVS primo libro de Antidotis ad hunc modum carmine deſcribit compoſitionem Hedichroi magmatis, ubi Theriacæ compoſitionem docet, Non tamen diligenter diſtinguit pondera rerum, Nam omnia coniungit coniunctionibus copulatiuis, Τὲ & καὶ, hoc eſt QVE, et, ET.*

## TROCHISCI CYPHI D. Damocratis.

℞. Carnium Vuæ paſsæ albæ & pinguiſsimæ
Therebinthinæ coctæ ana ʒ xxiiij.
Myrrhæ
Schœni id eſt Squinanthi ana ʒ xij.
Calami unguentarij ʒ ix.
Cinnamomi ʒ iiij.
Bdellij
Onychis
Nardi ſpicæ
Caſsiæ optimæ quæ eſt ſimilis Cinnamomo
Cyperi purgati
Arceutidum maximarum & pinguiſsimarum ana ʒ iij.
Aſpalathi ʒ ij.s.
Croci ʒ j.
Mellis optimi
Vini ana quantũ ſatis eſt ad formandum & incorporandum.

*MELLIS & Vini parum debet addi, ut tantum cum his conficiantur Trochiſci.*

*CARNES Vuæ paſſæ atq; Iuniperi baccas recentes et pingues minutiſsime condito tunditoq;, deinde Bdellium Myrrhamq; affuſo Vino diluito, poſtea reliqua omnia in tenuiſsimum puluerem redigito, ac demum adhibito modico mellis deſpumati optimi Trochiſcos formato.*

*ARABES hos Trochiſcos uocant Cochion.*

*Per Vuas paſsas hic intellige eas quas uocant uuas Çybibas, uulgo Cibeben.*



*TEREBINTHINÆ coctæ, quomodo coquatur Reſina Terebinthina oſtendam inferius in tractatu de præparatione medicamentorum.*

*CALAMVS unguentarius.i. Aromaticus uerus, pro quo ſume Galangã, Quia hodie caremus uero Calamo Aromatico.*

*ONICHIS, id eſt Blaccæ Bizanziæ electæ.*

*CYPERVM purgatũ præcipit accipiendum, quoniam plerumq; fibris ſordidis ſunt obſitæ radices eius.*

*ARCEVTHIDES, ſunt baccæ Iuniperi, hic autem debent accipi Iuniperi magnæ grandes baccæ, quoniam autem caremus ipſis, uulgaris & minoris Iuniperi baccas accipere licet.*

*Pro Aſpalatho ſumatur ſemen Agni Caſti ex mente Galeni de Succedaneis.*

## TROCHISCI RAmich, D. Meſuæ.

℞. Succi Acetoſæ, aut loco eius Succi Cytoniorum auſterorum ℥ xvj.
Roſarum ℥ j.
Bulliant parum & colentur, colaturæ addantur,
Gallarum iamiam tritarum ℥ iij.
Coquantur denuo aliquantulũ, deinde inſpergatur ſequentiũ ſpecierũ minutiſsimus & optime commixtus puluis.
℞. Roſarum ℥ j.
Sandali machoziri ℥ j. ʒ ij.
Gummi arabici ℥ j. ʒ iiij.
Carnium Sumach
Spodij ana ℥ j.
Agreſtæ ʒ vij.
Granorum Myrti ℥ iiij.
Ligni aloes
Charyophillorum
Macis
Nucis Muſcatæ ana ʒ iiij.
Miſceantur omnia optime, deinde exiccentur, exiccata rurſus in tenuiſſimum puluerẽ terantur, et formentur

M

tur Trochiſci ſubtiles cum Camphoræ aureo uno & aqua Roſarum quantum ſufficit. Exiccentur in umbra libera, exiccati reponantur.

Ventriculum, cor, hepar, imbecilla firmāt & lubrica uiſcera ac inteſtina, choleram morbū ſiſtit, acrimoniam obtundit, animum reddit tranquillum, omnem hæmorrhagiā cohibet, ob quam naribus ſanguine fluentibus flando impellitur, alijs medicamentis miſcetur.

## TROCHISCI DE Cappare D. Meſuæ.

℞. Corticum radicum Capparis
Seminis Agni caſti ana ʒ vj.
Hammoniaci ʒ iiij.
Seminis Nigellæ ueræ
Calaminthæ
Succi Eupatorij .i. Graciolæ
Amygdalarum amararum
Foliorum Rutæ
Radicis Ariſtolochiæ rotundæ ueræ
Seminis Naſturcij ana ʒ ij.
Scolopendriæ ʒ j.

Formentur Trochiſci cū Hammoniaco prædicto in aceto diſſoluto & exiccati reponentur.

SCOLOPENDRION *eſt Ceterach, et non Lingua ceruina.*

Ad ſplenis duriciem & flatus eius diſsipandos ualent.

## TROCHISCI DE EVpatorio D. Meſuæ.

℞. Tereniabin .i. Mannæ
Succi Eupatorij ana ℥ j.
Roſarum ʒ iiij.
Spodij ʒ iij. s.
Spicæ nardi Indicæ ʒ iij.
Rheubarbari
Azari
Aniſi ana ʒ ij. s.



Formentur Trochiſci cū aqua cuſcutæ & in umbra libera uentoq́ perflata exiccati reponantur.

PRO *Spodio ſumatur Ebur combuſtum.*

EVPATORIVM *Meſuæ, intelligendum eſt, Gratiola.*

Obſtructionem & tumorem præter naturā hepatis & lienis ſanat, ac inde natas febres antiquas, & harum rigorem, ićterū, ac incipientem hydropem.

## TROCHISCI DIaion D. Nicolai Alexandrini.

℞. Florum Violarum ʒ xv.
Amyli ʒ ix.
Seminis Papaueris albi ʒ vij.
Rheubarbari ʒ v.
Seminis Plantaginis ʒ iij.
Balſami (loco eius oleū Charyophyllorum ʒ j.
Rhodoſtagmatis quantum ſufficit, formentur Trochiſci.

DIANI, *uel* DIAVI *aliàs uocantur hij Trochiſci, ſed corrupto nomine.*

PER VIOLAS *hoc loco oportet intelligere Violas albas quæ hodie uocantur Cheyri Citrini, uulgo Gelbe Veiolen.*

PER *Balſamum intelligitur Opobalſamum.*

RHODOSTAGMA *.i. aqua Roſarum.*

Excalfactiones mitigant, aluumq́ emolliūt.

## TROCHISCI DIANI D. Nicolai.

℞. Violarum albarum uiridium ʒ v.
Amyli ʒ iij.
Papaueris albi ʒ ij. ℈ j.
Seminis Plantaginis ʒ j.
Rheubarbari ℈ j.
Opobalſami (aut Succedanei eius) ℈ j.

Aquæ

Aquæ Roſarum quantum ſufficit.
Formentur Trochiſci.

NICOLAVS *alter, paulò aliter componit Trochiſcos Diani ut hæc oſtendit compoſitio.*
VIOLÆ *Albæ, ideſt Cheyri Citrini.*

## TROCHISCI DE Lacca D. Meſuæ.

℞. Laccæ mundatæ
Succi Glycyrrhizæ
Abſinthij
Berberis
Succi Eupatorij .i. Gratiolæ
Rhabarbari
Ariſtolochiæ longæ
Coſti
Azari
Amygdalarum amararum
Rubeæ Tinctorum
Aniſi
Apij
Schœnanthi ana ʒ j.
Formentur Trochiſci drachmæ pondere cum aqua Eupatorij.

*Meſuæ intelligit ſuum Eupatorium, id eſt Gratiolam.*

¶ Trochiſci Cancami, ualent ad obſtructiones hepatis et lienis, & inde natas febres uarias antiquas, & aſclitem per urinas mouet.

## TROCHISCI DIArhodon, D. Nicolai.

℞. Roſarum uiridium ʒ iiij.
Spodij .i. Eboris combuſti ʒ ij.
Sandali rubei ʒ j.s. gr. vij.
Sandali albi ʒ j. gr. xij.
Croci ℈ ij. gr. vij.
Camphoræ gr. xij.
Aquæ roſarum quantum ſufficit formentur Trochiſci.

¶ Iſta compoſitio debet adminiſtrari in magnis confectionibus ipſius Nicolai.



## TROCHISCI DE Rheubarbaro, D. Meſuæ.

℞. Raued boni .i. Rheubarbari ʒ x.
Succi Eupatorij .i. Gratiolæ
Amigdalarum amararum ana ʒ iiij.
Roſarum
Spicæ Nardi Indicæ
Aniſi
Rubeæ tinctorum
Seminis Apij
Abſinthij
Azari ana ʒ j.
Formentur Trochiſci aurei unius põdere cum aqua Cuſcutæ.

¶ Valent ad hepatis obſtructionem, dolorem, tumores præter naturam, affectus inueteratos eiuſdem, & hydropem, & icterum, & formæ corruptionem.

## TROCHISCI DE Berberis D. Meſuæ.

℞. Berberis ʒ ij.
Spodij
Xyloaloes
Seminis Acetoſæ
Maſtiches
Galliæ moſchatæ ueræ
Spicæ nardi Indicæ ana ʒ j.
Gummi Arabici ʒ iij
Roſarum ʒ v.
Aquæ roſarum quantum ſufficit
Formentur Trochiſci.

¶ Troahiſci Oxyacanthæ ualent ad intemperiem calidam, fluorem alui, & hepatis dolorem.

## TROCHISCI GALliæ moſchatæ D. Meſuæ.

℞. Xyloaloes crudi ʒ v.

 Ambræ

Ambræ ʒ iij

Moſchi ʒ j.

Muſcilaginis Tragacanthæ cũ aqua roſarum factæ quantum ſufficit.

Formentur Trochiſci parui.

Cerebrum corq́ roborant, uomitum & alui profluuium ſiſtunt, oris, atq́ adeo corporis totius odorem commendant.

## TROCHISCI ALIptæ muſchatæ. D. Nicolai.

℞. Ladani puriſsimi ℥ iij.

Styracis Calamitæ ℥ j. s.

Styracis rubeæ ℥ j.

Ligni aloes ʒ ij.

Ambræ ʒ j.

Camphoræ ℈ j. s.

Moſchi ℈ s.

Aquæ Roſarum quantum ſufficit.

Formentur Trochiſci ſecundum artem.

*STYRAX rubea hic non ſignificat Thymiama, aridum illum & nigrum corticem, Sed reſinam Storacis quæ ſubruſa aut flaua eſt, ideſt optima Styrax.*

Valent pueris patientibus aſthma & conſtrictionem pectoris, & etiam non ualentibus lac retinere, fit inde optimum fumigiũ & odoriferum, & aſſumũtur etiam ad precioſiſsimas medicinas.

## TROCHISCI DE Agarico D. Meſuæ.

℞. Agarici electi ℥ iij.

Salis gemmæ ℥ j.

Sirupi acetoſi ſimplicis quantum ſufficit.

Formentur Trochiſci & reponantur in calido ſiccoq́ loco.

Purgant ex cerebro & capite phlegma craſſum cum cholera mixtum. Et præcipue educunt ex pectore craſſos humores, putridos, & uiſcoſos.



## AGARICVS TROchiſcatus D. Meſuæ.

℞. Agarici electi ℥ iiij.

Vini infuſionis zingiberis quantum ſufficit.

Formentur Trochiſci.

## TROCHISCI DE CArabæ D. Meſuæ.

℞. Carabæ aureos vj.

Cornu cerui uſti

Gummi Arabici aſſati

Coralli rubei uſti

Tragacanthæ

Acaciæ

Hypocyſtidis

Ballauſtiorum florum

Maſtiches

Laccæ

Papaueris nigri aſſati ana aureos ij.

Thuris

Croci

Opij ana aureum j. s.

Mucilaginis Pſyllij quantũ ſufficit.

Formentur Trochiſci.

Fiunt & hi Trochiſci ſine Opio.

Trochiſci ex ſuccino, inuenti ſunt ad conſtringendum ſanguinem undecunq́ fluentem, menſtrua, ſputum, fluxum ſanguineũ & hæmorrhoidalem, & conſolidãt ulcera pectoris & pulmonis.

## TROCHISCI DE Myrrha D. Raſis.

℞. Myrrhæ ʒ iij.

Lupinorum ʒ v.

Foliorum Rutæ

Mentaſtri

Pulegij Ceruini

Cymini
Rubeæ Tinctorum
Aſſæ Fœtidæ
Sagapeni
Opopanaci ana ʒ ij.
Succi Arthemiſiæ quantum ſufficit,
Formentur Trochiſci ſecundũ artẽ.

MENTASTRVM *eſt ſylueſtris* Mentha *piloſis & hirſutis ſolijs.*

PVLEGIVM *Ceruinũ, id eſt,* Dictamnus *Creticus.*

¶ Prouocant menſtrua, & ſedant paſsiones quæ ex retentione menſtruorum proueniunt.

## TROCHISCI DE Alkekengi D. Meſuæ.

℞. Fructuum Alkekengi ʒ iij.
Seminis Citrulli
Seminis Albatechæ
Seminis Cucurbitæ ana ʒ iij. s.
Boli armeniaci
Gummi Arabici
Thuris
Sanguinis Draconis
Papaueris albi
Amygdalarum amararum
Succi Glycyrrhizæ
Tragacanthæ
Amyli
Pinearum ana ʒ vj.
Seminis Apij
Carabæ
Terræ ſigillatæ (aut Boli armeni leuantici)
Hyoſcyami
Opij ana ʒ ij.
Succi Alkekengi quantum ſatis fuerit ad formandum Trochiſcos.
Fiunt & hi Trochiſci ſine opio.

ALBATECHA *ſiue* Bateg*a eſt* Melon *magnus* Indus *uiridis, & ſubniger.*

¶ Trochiſci Halicacabi ualent ad renũ & ueſicæ ulcera, & natam inde dyſuriam.



## TROCHISCI DE Roſis, D. Raſis.

℞. Roſarum ʒ iiij.
Ligni aloes ʒ ij.
Maſtiches ʒ j. s.
Abſinthij
Cinnamomi
Spicæ nardi Indicæ
Caſsiæ ligneæ (aut Succedanei eius)
Florum Squinanthi ana ʒ j.
Vini Veteris quantum ad formandum Trochiſcos ſatis fuerit.

¶ Sunt efficaces ad multos affectus, præſertim ad uentriculi dolorem, malam coctionem, febres antiquas, hydropem incipientem, & illos maxime, quibus forma corrumpitur.

## TROCHISCI DE Camphora D. Meſuæ.

℞. Roſarum ʒ iiij.
Spodij
Glycyrrhizæ ana ʒ ij.
Seminis Cucurbitæ
Seminis Citrulli
Seminis Cucumeris
Seminis Melonis
Tragacanthæ
Croci
Gummi arabici
Spicæ nardi Indicæ ana ʒ j.
Sandali Citrini ʒ ij. s.
Ligni aloes
Cardamomi
Amyli
Camphoræ ana ℈ ij.
Sacchari Tabarzet
Tereniabin .i. mannæ ana ʒ iij.
Mucilaginis Pſyllij cum aqua Roſacea factæ quantum ſufficit formentur Trochiſci.

¶ Trochiſci Caphuræ, conferunt ad febres

 arden-

ardentes, bilis & ſanguinis feruorē, uentriculi & hepatis intemperiem calidam, & ab his ſitim inexpletam, ičterum quoq;, ac phthiſim & hecticam curant.

## TROCHISCI DE terra ſigillata D. Meſuæ.

℞. Sanguinis Draconis
Gummi Arabici aſſati
Trochiſcorum Ramich
Roſarum rubearum
Seminis Roſarum
Amyli aſſati
Spodij
Acaciæ
Lapidis Hæmatitis
Hypocyſtidis
Florum balauſtiorum
Boli armeniaci
Terræ ſigillatæ, uel Bolus armenus
Corallij rubei
Carabæ ana ʒ ij.
Margaritarum
Tragacanthæ
Papaueris nigri ana ʒ j. s.
Seminis Portulacæ aſſati
Cornu cerui uſti
Thuris
Gallarum Cypreſſi
Croci ana ʒ ij.
Aquæ Arnogloſſæ quantum ſufficit
Formentur Trochiſci.

SPODII, *pro Spodio ſume Ebur combuſtum præparatum.*

SEMEN *Roſarum hic ſignificat Antheram, id eſt, luteos apices qui ſunt in roſis, hij exiccati rubeſcunt.*

GALLÆ *Cypreſſi etiam uocantur nuces Cypreſſi.*

¶ Sunt admodum efficaces ad ſputum ſanguinis cum aqua plantaginis poti: ad fluorem uero ſanguinis è naribus, fronti illiti: ad menſes immodicos, utero iniecti, uel pubi illiti: ad mictum ſanguinis, in ueſicā iniecti: & ad alias hæmorrhagias, parti ſanguine fluenti impoſiti.



## TROCHISCI DE SPOdio D. Meſuæ.

℞. Roſarum rubearum ʒ xij.
Spodij ʒ x.
Seminis acetoſæ ʒ vj.
Seminis Portulacæ
Coriandri præparati
Pulpæ Sumachi ana ʒ ij. s.
Amyli
Florum balauſtiorum
Baccarum Berberis ana ʒ ij.
Gummi Arabici aſſati ʒ j. s.
Agreſtæ quantum ſufficit.
Formentur Trochiſci.

¶ Valent ad febres bilioſas cum alui fluore: Inflammationem uentriculi & hepatis, & ſitim continuam ſedant.

## TROCHISCI DE ABſinthio D. Meſuæ.

℞. Roſarum
Abſinthij
Aniſi ana ʒ ij.
Raued, ideſt Rhabarbari
Succi Eupatorij, ideſt Graciolæ
Azari
Seminis Apij
Amygdalarum amararum
Spicæ nardi Indicæ
Maſtiches
Folij ana ʒ j.
Succi Endiuiæ quantum ſufficit.
Formentur Trochiſci ſecundū artē.

*Pro folio accipe radices Spicæ romanæ, aut radicū Spicæ romanæ, et Maas ana partes æquales.*

¶ Obſtructiones uentriculi & hepatis, & ab his dolorem, & febres antiquas tollunt, dictas partes, reliquasq; nutritorias roborant, ac appetentiam excitant.

TRO.

## TROCHISCI ALhandali D. Meſuæ.

℞. Pulpæ Colocynthidis ℥ x.
Incidantur minutiſsime & fricentur cum olei Roſacei ℥ j.
Deinde ſume
Tragacanthæ
Gummi Arabici
Bdellij ana ʒ vj.

Macerentur hæc in aqua Roſacea donec liquefiant & diſſoluantur, deinde cum parte reſolutarum lachrymarum formentur ex prædicta Colocynthide Trochiſci, qui ſiccentur & cum fuerint ſiccati contundantur minutiſſime, & rurſum formentur Trochiſci cum reliquo diluto lachrymarum atque reponantur.

¶ Trochiſci Colocynthidos in hieram Hermetis, & compoſitiones alias inijciendi loco Colocynthidos, ſunt ſalubriores quàm ipſa Colocynthis.

## TROCHISCI BEchij albi.

℞. Sacchari albiſsimi lib. ſ.
Sacchari Candi optimi
Sacchari Penidij ana ℥ iiij.
Ireos ℥ j. ʒ vij.
Amyli ℥ ij. s.
Mucilaginis Tragacanthæ albiſsimæ cum aqua Roſacea factæ quantũ ſufficit.
Forment̃ Trochiſci parui, & ſignent̃.

¶ Auxiliantur Tuſsiculoſis, & difficulter ſpirantibus.

## TROCHISCI BEchij nigri.

℞. Succi Glycyrrhizæ ℥ iiij.
Styracis Calamitæ ℥ j. s.
Sacchari Candi ℥ ij. s.
Specierum Diaireos Salomonis



Specierum Lohoch ſani ana ℥ s.
Sacchari Penidij lib. s.
Sacchari albiſsimi lib. ij. ℥ iij.
Mucilaginis Tragacanthæ cum aqua Hyſſopi factæ quantũ ſufficit.
Formentur Trochiſci & ſignentur.

¶ Abſciſſæ uocis iacturam reſarciunt, Et proſunt his qui patiuntur tuſsim calidam & ſiccam, leniunt pectus, & facilitant ſputum.

# EMPLASTRA.

## EMPLASTRVM Diachylon ſimplex, D. Meſuæ.

℞. Mucilaginis Fœnogræci
Mucilaginis ſeminis Lini
Mucilaginis radicũ Altheæ ana lĩ. ſ.
Olei ueteris clari lib. iij.
Lithargyrij lib. j. s.
Coquantur ſecundum artem & fiat Emplaſtrum.

DIACHYLON *uocatur hoc Emplaſtrum à ſuccis uiſcoſis ſiue mucilaginibus, hodie corrupto nomine dicunt Diaquilon.*

MVCILAGINES *iſtæ debent eſſe ſpiſſæ & uiſcoſæ, ideoq; oportet ut quantitas ſeminum & radicum ſit ſatis magna unde fieri debent Mucilagines.*

¶ Scirrhos hepatis, lienis, uentriculi, & aliarũ partium, ipſas etiam chœradas & duritics reliquas emollit, & iuuat.

## EMPLASTRVM Diachylon compoſitum.

℞. Mucilaginis radicum Altheæ ſem: Lini Muci-

Mucilaginis Mediani corticis ulmi
Mucilaginis Fœnogræci ana ℥ iiij
Olei Chamæmelini
Olei Liliorum
Olei Anethini ana ℥ j.
Hammoniaci
Galbani
Opopanaci
Sagapeni ana ℥. s.
Ceræ nouæ ℥ xx.
Croci ʒ ß ij.
Terebinthinæ ℥ ij.

Gummi ſiue lachrymæ reſoluant in uino optimo, & conficiantur ſecundum artem.

*Porrò hyeme licet oleorum & Terebinthinæ pondus augere.*

VLMVS *arbor eſt quæ uocatur Germanice Ylmen & Ruſtern. Cortex eius medius eſt ſimilis cortici Tiliæ, Gleich wie ein baſt. ex eo debet fieri Mucilago.*

CHAMÆMELVM *uulgo uocatur Camomilla.*

¶ Maturat apoſtemata & mollit durities, partim reſoluit, & partim digerit, abſtergitq́ʒ saniẽ ruptorum apoſtematum, & ſanat phlegmones.

## EMPLASTRVM Diachylon magnum D. Filij Zacchariæ.

℞. Lithargyrij mundi tenuiſsime triti & per cribrum excuſsi ℥ xij.
Olei Irini
Olei Chamæmelini
Olei Anethini ana ℥ viij.
Mucilaginis ſeminis lini
Mucilaginis Fœnogræci
Mucilaginis ficuum pinguium
Mucilaginis paſſularum
Succi Ireos
Succi Scyllæ
Oeſypi
Glutinis Alchanach ana ʒ xij.



Terebinthinæ ℥ iij.
Reſinæ Pini
Ceræ citrinæ ana ℥ ß.
Conficiatur ſecundum artem Emplaſtrum.

SVCCVS *Scyllæ eſt mucilago ex trita Squylla expreſſa.*

OESYPVS *eſt pinguedo lanarum ſuccidarum, cuius faciendi modum in ultimo tractatu indicabimus, uulgo uocatur in pharmacopolijs Hyſſopus humidus.*

GLVTEN *Alchanach ſiue Alzanach eſt Ichthyocolla .i. gluten ſiue colla piſcium. uulgo, Hauſenblaſen.*

HOC *Emplaſtrum debet habere conſiſtentiam & ſpiſſitudinem Ceroti.*

¶ Reſoluit & maturat omnes durities & inflammationes.

## EMPLASTRVM DIAchylon paruum D. Meſuæ.

℞. Lithargyrij ℥ vj.
Olei ueteris clari lib. j.
Mucilaginis Pſyllij ℥ iiij.
Mucilaginis Hyoſcyami ℥ j. s.
Mucilaginis ſeminis Lini
Mucilaginis radicũ Maluæ ana ℥ ij.
Conficiatur ſecundum artem Emplaſtrũ Ceroti alicuius ſpiſsitudine.

¶ Tumores calidos digerit & maturat.

## EMPLASTRVM DE Meliloto D. Meſuæ.

℞. Meliloti ℥ vj.
Florum Chamæmeli
Fœnogræci
Baccarum Lauri
Radicum Althææ
Abſinthij ana ʒ iij.
Seminis Apij
Cardamomi
Ireos
Cyperi

Spicæ nardi Indicæ
Caſiæ Ligneæ
Ammios ana ʒ j. s.
Samſuchi .i. Maioranæ ʒ iij.
Hammoniaci .i. armoniaci
Styracis Calamitæ
Bdellij ana ʒ v.
Terebinthinæ ℥ j. s.
Ficuum pinguium num. XII.
Seui Hircini
Reſinæ ana ℥ ij. s.
Ceræ ℥ vj.
Olei Samſuchini
Olei Spicæ ana quantum ſufficit.

OLEI *Samſuchini compoſitio inferius traditur in Tractatu de Oleis.*

*Per Oleum Spicæ Meſuæ intelligit Oleum Spicæ Nardi ſiue oleum Nardinum. Meſuæ enim nuſq̃ meminit Lauendulæ maioris quæ hodie Spica uocatur, neq; eius olei quod uocant oleum Spicæ.*

*Confice Emplaſtrum ſic.*

*℞. De Meliloto prædicto ℥v. ʒ ij.*
*Fenogræci*
*Chamæmeli ſeorſim præter prædicta ana ℥ iiij.*
*Coquantur in lib. iiij. aquæ aut quantum ſufficit donec remaneat lib. j. deinde omnia arida cum reliquis vj drachmis Meliloti ſubtiliſsime puluerizentur, in decoctione autem colata ſecundum artem diſſoluantur Hammoniacum & Bdellium, diſſolutis addantur ficus per ſe minutiſsime inciſæ & contuſæ & optime miſceantur, poſtea ad ignem ſimul liquefiant Terebinthina, Sepum hircinum, Cera, & Reſina pini, & addatur Olei Spicæ Nardi, Olei Samſuchini ana circiter ℥ v. Cum deinde omnia ſunt mixta, addantur pulueres triti, & fiat ſecundum artem Emplaſtrum.*

*Porrò potes etiam ſequenti ratione conficere ℥ vj. ingredientis Meliloti, una cum reliquis aridis tundito, & iiſdem permiſceto poſtea ℞ ad decoctionem priuatim Meliloti M. IIII. & Gummi uidelicet Hammoniacum atq; Bdellium in uino diſſoluito, Olei uero Samſuchini atq; Olei Nardini accipere tũ oportet ana circiter ℥ vij aut ℥ viij. & confice ſecundum artem Emplaſtrum.*

¶ Emollit omnem duritiem quæ in iecinore, liene, & uentriculo exiſtit. Dolorem item uehementer ſedat, hypochondriaq́; tenſa ſanat.



## EMPLASTRVM Triapharmacũ D. Meſuæ.

℞. Lithargyrij ſubtiliſsime triti
Aceti uini ana lib. j.
Olei ueteris lib. ij.
Fiat ſecundum artem Emplaſtrum.

¶ Facit naſci carnem in uulneribus, & conſolidat ea.

## EMPLASTRVM Oxycroceum D. Nicolai.

℞. Ceræ
Picis
Colophoniæ
Croci ana ℥ xij.
Terebinthinæ
Galbani
Hammoniaci
Myrrhæ
Libani .i. thuris
Maſtiches ana ℥ iiij.
Aceti phialam unam

Galbanum & Hammoniacum in aceto ſufficienti quantitate diſſoluantur, & rurſum ad lentorem coquantur, donec acetum in uaporẽ euanuerit, tũ addantur liquefactis ſimul Ceræ, Pici, Colophonię & Therebinthinæ, poſtq́; omnia ſunt commixta, inſpergito etiam Myrrham, Libanũ, & Maſtichem, ſubtiliſsime trita, ad ultimum uero etiam Crocum per ſe in tenuiſsimum puluerem redactum. Et fiat ſecundum artem Emplaſtrum.

OXYCROCEVM *dicitur hoc Emplaſtrum, ab ingredientibus Croco & Aceto.*

NICOLAVS *Alexandrinus ſecundũ hunc modum tradit Oxycrocei confectionem. Alij autẽ qui ex eo hoc Emplaſtrum exſcripſerunt, tertiam eius partem deſcribunt, & cum ℥ iiij. in tres partes di-*

*tes diuidere conarentur, tertiam earum partem ſta tuerunt ℥ j. ʒ iij. itaq; reſultat ʒ j. Nam ter tria nouem faciunt, quapropter nos maluimus ex fonte haurire huius Emplaſtri confectionem.*

¶ Prodeſt oſsibus fractis, item partibus quæ dolore aliquo affliguntur, duritiem denique omnem emollit & diſcutit.

## EMPLASTRVM Apoſtolicon D. Nicolai.

℞. Lithargyrij ℥ vj.
Ceræ fuluæ
Colophoniæ ana ℥ ij.
Propoleos
Viſci quercini ana ℥ j.
Hammoniaci
Lapidis Calaminaris ana ʒ vj.
Maſtiches
Olibani ana ʒ iiij.
Mumiæ
Terebinthinæ
Bdellij
Galbani
Myrrhæ
Aeris uſti
Squamæ æris
Viridis æris
Sarcocollæ
Dictamni Cretici
Ariſtolochiæ rotundæ
Opopanaci ana ʒ iij.
Olei ueteris lib. j.

Vini clari quantum Galbano, Hammoniaco & Opopanaco diſſoluendis ſatis fuerit.

Confice ſecundum artem & diligenter Emplaſtrum.

PROPOLIS, *non eſt ſordes aluearioru͂ apu͂, ſed eſt Cera odorata qua apes ante hyemem foramina alueariorum obturant, Germanicæ uocatur Bet & Neben wax, eam apes colligunt ex oculis Populi & Betullæ arborum.*

VISCVM *Quercinum hic no͂ ſignificat lignum uiſci quercini, ſed gluten illud lentum ex uiſco quercino extractum, quo capiuntur aues, hoc eſt Vogelleym auß Eichen miſtel gemacht.*



SQVAMA *Æris eſt duplex, una eſt craſſa quæ uocatur Germanicæ Kupfferſchlag, altera farinæ modo tenuis & ruffa, hæc uocatur Keſſelbraun & eſt efficacior, & hic debet poni.*

¶ Valet ad dolores ceruicis potiſsimum & renu͂, ſagittas ac ſurculos corpori infixos extrahit.

## EMPLASTRVM Apoſtolicon D. Nicolai Alexandrini.

℞. Lithargyrij ʒ xviij.
Ceræ rubeæ
Colophoniæ ana ʒ vj.
Propoleos
Viſci Quercini ana ʒ iij.
Hammoniaci
Lapidis Calaminaris
Thuris ana ʒ ij.
Maſtiches
Mumiæ ana ʒ j. s.
Terebinthinæ
Galbani
Bdellij
Myrrhæ
Chalcu Cecaumeni
Sarcocollæ
Lepidos Chalci
Opopanacis
Dictamni Cretici
Ariſtolochiæ
Praſij uiridis ana ʒ j.
Olei ueteris quantum ſufficit.
Vel lib. s. id eſt ℥ vj.

*Nicolaus Alexandrinus non ponit olei pondus, aut menſura͂, mihi au͂t uidentur ſufficere unciæ vi.*

*Coquatur Lithargyrium ſecundum artem in Oleo, donec fiat Maſſa purpurea & no͂ adhæreat manibus dum refrigerata tractatur, quod Græci uocant Amolintum, deinde omnia ſigillatim ſecundum artem inijciantur, Galbanum & Opopanacu͂ in uino diſſoluantur, reliquæ Gummi terantur & inſpergantur, Dictamnus Creticus uerus ſolus ultimo addatur.*

CHALCVCECAVMENOS .i. Æs uſtũ.

LEPIS CHALKV .i. *ſquama Æris Germanicæ Kupffrrſchlag uel Keſſelbraun. & efficacior eſt altera eius ſpecies quæ Keſſelbraun uocatur.*

PRASIVM *uiride hic ſignificat Æruginem, id eſt, uiride Æris.*

¶ Ad omnia uulnera recentia ſiue antiqua, & ad neruos præciſos uel muſculos, ad puncturas uel morſum terreſtrium animalium uel maritimorum peculialiter cõgruit, educit ab eis humores & putredines intime immerſas, & concauitates earũ pura carne replet, repletisq́ cicatricẽ abſq́ detrimẽto inducit, Sagittas, Calamos & ſimilia altius mẽbris infixa ſine dolore extrahit.

## EMPLASTRVM album coctum.

℞. Olei lib. ij.
Ceruſſæ lib. j. s.
Ceræ albæ ℥ iiij.
Coquantur ſecundum artem & fiat Emplaſtrum.

¶ Opitulatur excoriatis à calciamentis, ſcapellatione, uel ab alia cauſa.

## EMPLASTRVM Griſeũ de lapide Calaminari.

℞. Lapidis Calaminaris p̃parati ℥ j.
Lithargyrij ℥ ij.
Ceruſſæ ℥. s.
Tuthiæ ʒ j.
Terebinthinæ ʒ vj.
Ceræ albæ ℥ j. s.
Sepi Ceruini ℥ ij.
Thuris electi ʒ v.
Maſtiches ʒ iij.
Myrrhæ ʒ ij.
Camphoræ ʒ j. s.
Confice ſecundum artem.

¶ Deſiccat, replet & cicatrizat ulcera.

## EMPLASTRVM uiride.

℞. Ceræ nouæ



Reſinæ
Terebinthinæ ana ℥ iiij.
Olibani
Maſtiches
Viridis æris ana ʒ iij.
Confice ſecundum artem.

## EMPLASTRVM Baſilicum magnum.

℞. Ceræ albæ
Reſinæ Pineæ
Sepi Vaccini
Picis naualis
Terebinthinæ
Olibani
Myrrhæ ana ℥ j.
Olei quantũ ſufficit fiat Emplaſtrũ.

¶ Vlcera phlegmone carentia, præſertim partium neruoſarum, terget, & carne implet.

## EMPLASTRVM DE cruſta panis Montagnanæ.

℞. Maſtiches
Menthæ
Spodij
Corallij rubei
Sandalorum rubeorum
Sandali albi ana ʒ j.
Cruſtæ panis toſtæ & maceratæ in aceto per horam mediam ℥ ij.
Olei de Maſtiche
Olei Citoniorum ana ℥ j.
Farinæ hordei quantum ſufficit.
Fiat Emplaſtrum.

¶ Valet in uomitu puerorum. Et his qui cibum retinere non poſſunt.

## EMPLASTRVM DE baccis Lauri, D. Meſuæ.

℞. Thuris
Maſtiches
Myrrhæ ana ℥ j.

Baccarum Lauri ℥ ij.
Cyperi
Coſti ana ℥ s.
Mellis colati quantum ad cogendũ ſatis eſt.

*SI uero triplum Cyperi & ſtercoris uacarũ aut caprarum ſicã ad pondus omnium accipiatur, erit efficacius ad Hydropiſim, & inflationes diſcutiendas.*

¶ Ventriculi, inteſtinorum, hepatis, renum, ueſicæ, uteri, & partium aliarum dolorem à flatibus aut intemperie frigida ortum placat.

# CÆROTA.

## CÆROTVM INFRIgidans, Galeni ex Meſuæ.

℞. Ceræ albæ ℥ ij.
Olei roſati Omphacini ℥ iij.

Conquaſſentur ſimul cum modico albi & clari aceti. Oleum uero Omphacinum antequam roſas recipiat, ſæpius eſt lauãdum cum aqua fontis gelidiſſima, deinde confice ſecundum artem.

¶ Refrigerat febres ardentes, calorem hepatis, & ſedat dolores capitis, circum tempora, ſuper hepar, & per ſpinam dorſi linitum.

## CÆROTVM SANdalinum, D. Meſuæ.

℞. Roſarum ʒ xij.
Sandali rubei ʒ x.
Sandali albi
Sandali Citrini ana ʒ vj.
Boli armeniaci ʒ vij.
Spodij ʒ iiij.
Camphoræ ʒ ij.



Ceræ albæ ʒ xxx.
Olei Roſati lib. j.
Confice ſecundum artem.

OLEVM *Roſatum debet fieri ex oleo acerbo, id eſt ex immaturis oliuis expreſſo.*

¶ Phlegmonas & intemperaturas omnes calidas uentriculi, hepatis, & partium aliarum, potentiſſime extinguit.

## CÆROTVM STOmachale Galeni, deſcrip: Meſuæ.

℞. Roſarum rubearum ʒ xx.
Foliorum Abſinthij ʒ xv.
Maſtiches ʒ xx.
Spicæ nardi Indicæ ʒ x.
Ceræ mundæ ℥ iiij.
Olei roſacei lib. j. s.

Cera & oleum aliquoties ex aqua Roſarum lauentur, & excolata omni aqua rurſus ad lentum ignem reſoluãtur, deinde alia omnia in ſubtiliſſimũ puluerem trita inſpergantur.

¶ Ventriculum & hepar roborat: horum dolorem à frigido lenit, appetentiam excitat, coctionem iuuat.

# VNGVENTA.

## VNGVENTVM Agrippæ Regis, deſcrip: Nicolai.

℞. Radicum Bryoniæ lib. ij.
Radicum Cucumeris aſinini lib. j.
Scyllæ lib. s.
Ireos ℥ iij.
Radicum Filicis
Radicum Ebuli

Tribu

Tribulorum aquaticorum ana ℥ ij.
Ceræ albiſsimæ ℥ xv.
Olei albiſsimi lib. iiij.

Radices omnes iſtæ recentes inciſæ & cõtuſæ macerentur in oleo per dies octo, deinde coquantur, poſtea exprimantur & in colato oleo & expreſſo, reſoluatur cera & fiat unguẽtum ſecundum artem.

*Apud Nicolaum Alexandrinum inuenitur idem unguentum, ſed impreſsi codices non habent radices Filicis & Ebuli, & Tribulos.*

*Oportet omnes iſtas radices & tribulos eſſe recentes, quod ſi neceſsitas urgeat & non ſint ad manus recentes, tunc ſume ſiccatas & affunde uini optimi lib. iiij.*

TRIBVLI *Aquatici ſiue Marini ſunt Waſſernuſſe, & ipſi fructus accipi debent.*

¶ Hydropicis, omnibusq; corporis œdematis ſuccurrit. Neruorum mala ſanat, urinã mouet, extrinſecus illitum uentrem ſubducit, dolorią; renum utile.

## VNGVENTVM APOſtolicon D. Auicennæ.

℞. Terebinthinæ
Ceræ albæ
Reſinæ
Hammoniaci ana ʒ xiiij.
Ariſtolochiæ longæ
Thuris maſculi
Bdellij ana ʒ vj.
Myrrhæ
Galbani ana ʒ iiij.
Opopanaci
Floris æris ana ʒ ij.
Lithargyrij ʒ ix.
Olei lib. ij. Si fuerit æſtas, in hyeme autem lib. iij.

Aceti quantum ſatis eſt ad Hammoniacum, Galbanum & Opopanacum diſſoluenda.

Confice ſecundum artem.

FLOS *Æris proprie ſignificat grana quædam parua quæ à partibus æris proſiliunt cum refrigerantur affuſa aqua partes ærei, hoc tamen loco ſolet poni uiride æris.*

¶ Eſt efficax contra uulnera & ulcera difficilia & fiſtulas, conſumit carnem mortuam, & conſumptã reſtaurat, duram mollit, & plagas ſanat.



## VNGVENTVM Arogon, D. Nicolai.

℞. Roſmarini
Maioranæ
Radicis Iari
Serpilli
Rutæ
Rad. Cucumeris aſinini ana ℥ iiij. s.
Foliorum Lauri
Saluiæ
Sabinæ ana ℥ iij.
Pulicariæ maioris
Pulicariæ minoris ana ℥ iiij.
Radicum Bryoniæ ℥ iij.
Laureolæ ℥ ix.
Foliorum Cucumeris aſinini
Nepetæ ana ℥ vj.
Maſtiches
Olibani ana ʒ vij.
Pyrethri
Euphorbij
Zingiberis
Piperis ana ℥ j.
Adipis Vrſini
Olei Laurini ana ℥ iij.
Olei moſchelini ℥. s.
Petrolei clari ℥ j.
Butyri ℥ iiij.
Aut quantum ſufficit.

Herbæ & radices Maio menſe collectæ in oleo macerentur diebus ſeptem, deinde coquantur & colentur. Colato oleo adijce reliqua atq; adde
Ceræ lib. j. ℥ iij.

OLEVM *debet eſſe purum & uetus, porro authores non ponunt certam menſuram Olei, quidam iubent accipi lib. v, uel quantum ſufficit. Sed*

tantum herbarum & radicum pondus & quantitas, nō poteſt bulire in lib. v. olei, ideo accipe olei lib. medicinales vj. & affunde aquæ etiam aliquot libras, & coque ad conſumptionē aquæ, & cola.

IARVS eſt uera Serpentaria, pro qua ponitur Aron recenter effoſſum.

PVLICARIA, ideſt Conyza, Germanice uocatur Durwurtz, & eſt ſimilis Enulæ campanæ in folijs, caulibus & floribus. Sed multo minor naſcitur humidis locis & exiccatis aquis circa ſtagna.

LAVREOLA eſt planta ſimilis Thymeleæ, ideſt plantæ in qua naſcitur Coccognidium, eius loco ſume radices uel folia Coccognidij.

OLEVM Moſchelinum inferius deſcribetur.

¶ Prodeſt malis corporis frigidis, conuulſionibus, reſolutionibus partium: Item dolori colico, renum, articulorumq́ʒ.

## VNGVENTVM Martianū, D. Nicolai.

℞. Ceræ albæ lib. ij.
Olei lib. viij. aut quantū ſufficit.
Roſmarini
Foliorum Lauri ana ℥ viij.
Rhutæ ℥ vij.
Tamariſci, foliorum ſcilicet ℥ vj.
Maioranæ
Sabinæ
Balſamitæ
Saluiæ
Ocimi
Polij, uidelicet ueri
Calaminthæ
Arthemiſiæ
Enulæ
Betonicæ
Brancæ urſinæ
Spargulæ
Herbæ uenti
Pimpinellæ
Agrimoniæ
Abſinthij
Herbæ Paralyſis
Herbæ ſanctæ Mariæ



Cimarum Sambuci
Herbæ Craſſulæ
Millefolij
Semperuiuæ
Chamædryos
Centaureæ
Centumneruiæ
Fragulæ
Tetrahit
Quinquefolij ana ℥ iiij. s.
Radicum Hibiſci. ideſt Altheæ
Cymini
Myrthæ ana ℥ iij.
Fœnogræci ℥ j. s.
Butyri ℥ j. ʒ ij.
Vrticæ
Violarum
Papaueris nigri
Menthæ Saracenicæ
Menthæ criſpæ
Lapathioli
Polytrichi
Carduncelli
Matrisſyluæ
Maturellæ
Herbæ moſchatæ
Alleluiæ
Linguæ Ceruinæ
Criſpulæ
Camphoratæ
Styracis calamitæ
Medullæ Ceruinæ ana ℥ s.
Adipis Vrſini
Adipis Gallinacei
Maſtiches
Thuris ana ℥ j.
Olei nardini ℥ ij.

Herbæ omnes in Maio menſe colligantur, & inciſæ macerentur in uino odorifero per dies ſeptem, octauo deinde die coquantur donec ferè conſumatur uinum, poſtea cola, & colaturæ expreſſæ adde oleum, & coque donec

donec conſumatur uinum, mox adde Ceram & reliqua ſecundum artem.

*In hoc unguento multa ſunt herbarum nomina quæ apud probatos Autores nusq̃ inueniuntur, ideoq; aliquis non facile eas interpretabitur.*

NICOLAVS *præpoſitus loco Maioranæ habet Eſbrium, alij autem habent utrumq;. Sed non conſtat quid ſit Eſbrium, alij enim dicunt Maioranam eſſe, alij Saluiam, ſed utrumq; ingreditur hoc unguentum tam Maiorana quàm Saluia.*

BALSAMITA, *id eſt, mentha aquatica.*

BRANCA *urſina uera quæ Romana cognominatur accipi debet, quæ habet radices lõgas, multas, glutinoſas, ſapore Tragacanthæ: Et alio nomine uocatur Acanthus, quæ uero Germanice uocatur Bernklaw, & habet Anethi umbellam & ſemina odore & ſapore Cymicum, & nihil minus eſt quàm Branca urſina, nam ſemper illam Romanam brancam urſinam intelligunt autores omnes, eſt autem urbana & hortenſis herba, Branca urſina uera.*

SPARGVLA *.i. Gallion, Germanice uocatur Ranrizen & Sprengelblum, herba eſt denſo numeroſo & conferto & odorato flore.*

PIMPINELLA *quã Autor intelligit, eſt Sãguiſorba, Germanice Blutſsdröpfflein uocatur.*

HERBA *Paralyſis .i. Himelſchluſſel.*

HERBA *ſanctæ Mariæ ſecundum interpretationem omnium eſt Perſicaria.*

HERBA *Craſſula pinguia habet folia, naſcitur in muris & tectis, Germanice uocatur, Fette Henne, ſiue Donnerkraut.*

CENTVMNERVIA *id eſt, Plantago maior.*

TETRAHIT *id eſt, herba Iudaica, quam dicunt eſſe Orobum.*

LVMINARIS *maioris autor Ioannes Iacobus Manlius pro Cymino & Myrthæ habet Ciminarum Myrthi. Sed neſcio quàm bene, non tamen improbo. Porrò Nicolai Alexandrini exemplar habet Cymini & Myrthæ, ſed Nicolaus præpoſitus pro Myrtha habet Myrrham, ſed male.*

LAPATHIOLVM *.i. Acetoſa.*

POLYTRICHON *herba eſt ex ſpeciebus capilli Veneris.*

MENTHA *Saracenia Germanice uocatur vnſer frawen mintze. herba habet folia oblonga*



*Lapatio minora, in ſummis caulibus aureos flores in corymbis diſpoſitos ferè ut Tanacetum, tota odoratiſsima eſt.*

CARDVNCELLVS *.i. herba Turcha quã nos in Germania uocamus Carduũ benedictũ.*

MATRISSYLVA *eſt Periclymenum, Germanice uocatur Specklilien, aſcendit arbores ut Vitis, flores habet longos reflexos & odore Lilij. Nurenbergæ in hortis colunt, cum alibi proueniat ſponte in ſyluis.*

MATVRELLA *.i. Phu .i. Valeriana maior. impreſsi codices Nicolai Alexandrini non habent Maturellam ſed Marathrum .i. Fœniculum, ſed male.*

ALLELVIA *.i. Trifolium acetoſum, Germanice Buchampfer uocatur.*

CRISPVLA *quæ ſit herba non conſtat recentioribus, alij enim Buphthalmum, alij herbã Cancri ſic uocant, nec indicant figurã herbæ Cancri, ego autem ponerem eius loco Buphthalmum, id eſt, Cotulam maiorem, non fœtidam.*

HERBA *Moſchata duas habet ſpecies, una habet ueluti acus longas, & eſt roſtrum Ciconiæ, altera eſt parua, & non habet acus, ſed eſt herba admodum parua, folia habet ſimilia concauæ radici .i. Holwurtz, odorẽ habet in Maio menſe Muſci, naſcitur umbroſis locis iuxta concauam radicem .i. Holwurtz, in Maio tantum reperitur. Germanice uocatur Biſem kraut.*

CAMPHORATA *eſt Abrotonum, quia odore accedit ad Camphoram, quidam dicunt eſſe Abrotonũ ſylueſtre ſiue album, ſed perinde eſt, efficatius tamen eſt uulgare Abrotonum.*

NICOLAVS *Alexandrinus paulo aliter deſcribit hoc unguentum, ut Codices impreſsi oſtendunt, ideoq; & eius modum ſubiungemus, nam uariatur ponderum ordo & quantitas.*

¶ Aduerſus frigida corporis mala, reſolutionem coxendicum, nephriti confuſionem, & id genus alia ualet, tumores reprimit, durities emollit, liuoremq́ cutis emendat.

## VNGVENTVM Martianum magnũ D. Nicolai Alexandrini.

℞. Ceræ albæ lib. ix.

Olei

Olei ſextarios vj.
Roſmarini
Foliorum Lauri ana lib. ij. s.
Amaraci
Esbrij
Sabinæ
Balſamitæ
Ocimi
Eleliſphaci .i. Saluiæ
Polij, ſcilicet ueri
Calaminthes
Arthemiſiæ
Enulæ
Betonicæ
Brancæ urſinæ
Herbæ uenti
Pimpinellæ
Argemoniæ
Abſinthij
Herbæ Paralyſis
Herbæ ſanctæ Mariæ
Cimarum Sambuci
Herbæ Craſſulæ
Semperuiuæ
Millefolij
Chamædryos
Centaureæ
Centum neruiæ
Fragulæ
Quinquefolij
Herbæ Tetrahit ana lib. j. s.
Radicis Euiſci
Cymini
Myrthæ ana lib. j.
Fœnogræci lib. s.
Butyri ℥ v.
Vrticæ
Violarum
Papaueris rubei
Menthæ Saracenicæ
Menthæ alterius, id eſt Menthæ criſpæ ſatiuæ.
Lapathioli
Polytrichi



Carduncelli
Matrisſyluæ
Marathri
Herbæ Moſchatæ
Alleluiæ
Linguæ Ceruinæ
Criſpulæ
Camphoratæ
Styracis
Medullæ Ceruinæ
Adipis Vrſini
Adipis Gallinacei ana ℥ iij.
Thuris ℥ ij.
Olei Nardini ℥ j.

*Conficæ hoc modo, Herbas omnes atq; radices in fine Maij menſis, uel circa Solſtitium æſtiuum collectas minutim inciſas in uini ſufficienti quantitate, macerato per dies ſeptem, octaua deinde die coquatur lento igne donec propemodum uinum ſit conſumptum, poſtea cola & exprime, & affunde colaturæ expreſſæ, olei prædictas lib. viij. & ℥ iiij. & iterum coque donec omnis aqueus herbarũ ſuccus cum uino in uaporem reſolutus fuerit, deinde adde ceram in partes confractam, & paulo poſt adipes Butyrum atq; oleum Nardinum, ad ultimũ Storacem, Calamitam atq; Thus in minutiſsimũ puluerem trita, melius tamen eſſet optimam & electã Styracem & puram inſtar reſinæ alicuius, una cũ cera indere, nam liqueſcit in oleo, Sed talis Styrax Calamitha rariſsime ad nos affertur. Porro miror in hoc unguento quod tam parum olei tot herbarũ libris addatur, præterea etiam optimæ uires aromaticarum herbarum in coctura euaneſcunt.*

*Ita ſe habet unguenti huius compoſitio ſecundum impreſſum Nicolai Alexandrini exemplar.*

SEXTARIVS *menſura eſt Romana quæ capit menſurales uncias uiginti olei, pondere uero habet olei uncias ſedecim, drachmas quinq;, ſcrupulum unum. Sex autem Sextarij olei faciunt in hoc unguento lib. viij. ℥ iiij.*

ESBRIVM *quidam dicunt eſſe Maioranam, quidam flores Saluiæ, ego autem acciperem* ꝓ *Esbrio Maioranæ capitula ſummitates et flores.*

AMARACVM *ego hic non credo ſignificare Matricariam, quam etiam Maioranam poſſu-*

mus

*mus intelligere, nam utraq; Amaracus uocatur, et ſi autem Maioranam iniceris, multo odoratius unguentum fiet quàm ſi Matricariam addideris.*

HERBA *uenti .i. parietaria uera.*

PIMPINELLA *hic non ſignificat Germanicam Pimpinellam acri radice, quam Itali uocant Saxifragam. Sed eam quam Itali uocant Sanguiſorbam, Germani Blutſtropffleyn. Radicē habet rubram Tormentillæ ſapore, naſcitur in pratis una eius ſpecies, altera in montibus, & Itali acetarijs miſcent, habetq; Cucumeris odorem.*

QVIDAM *non habent Cyminum ſed Cymas Myrthæ. eſt autem Myrtha idem quod Myrthus. Alij habent Myrrham, ſed male.*

PRO *Papauere rubeo habent alij Papauer nigrum, eſt autem rubeum Papauer idem quod agreſte Papauer in agris naſcens.*

MARATHRVM *.i. Fœniculum. Porrò ego hunc locum Nicolai Alexandrini credo eſſe corruptum, & cenſeo pro Marathro legendam eſſe Maturellam, id eſt, Phu maius, cuius radices accipi debent.*

*Lingua Ceruina eſt herba quæ hodie improprie Scolopendria nominatur.*

¶ Ad frigiditatem & dolorem capitis, pectoris & ſtomachi, ad ſcliron hepatis, & ſplenis, ad ilij dolorem, ad paralyticos, arthriticos, iſchiaticos, nephreticos & podragicos, & ad omnes dolores, ad tumores, duritiem, ſpaſmum & febrientes ad ignem uel Solem inunctum, ualet.

## VNGVENTVM Martianū paruum, D. Nicolai Alexandrini.

℞. Foliorum Lauri lib. iij.
Rutæ lib. ij. s.
Amaraci .i. Maioranæ lib. ij.
Roſmarini lib. j. s.
Foliorum Myrthæ lib. j.
Esbrij (accipe ſummitates Maioranę pro Esbrio.
Balſamitæ
Ocimi ana ℥ vj.
Butyri ℥ v.
Styracis



Medullæ Ceruinæ
Adipis Vrſini
Adipis Gallinacei ana ℥ iiij.
Maſtiches ℥ iij.
Thuris ℥ ij. s.
Olei Nardini ℥ j.
Olei Oliuæ
Cerę mundiſsimę ana quantū ſufficit.
Ego Olei acciperem lib. vj.
Ceræ uero lib. iiij.

Si uero duriuſculum fit detrahe aliquid de Cera. Porrò hoc quoq; unguentum conficies ut proximum.

MYRTHA *.i. Myrthus. ſunt autem accipienda folia ueræ Myrthi quæ ex Italia afferuntur, & non eius plantæ quam uocamus Germanice Heydelber.*

¶ Ad podagram frigidam ſiue calidam, Paralyticos, Arthriticos, Nephreticos, Iſchiadicos, & ad omnia uitia & dolores neruorum ualet.

## VNGVENTVM album.

℞. Ceruſſæ in aqua roſarum lotæ ℥ xviij.
Lithargyrij albi loti ℥ j. s.
Olei Roſati lib. ij. ℥ iiij.
Ceræ albiſsimæ ℥ vj. aut circiter.
Confice ſecundum artem.

*Quidam alia ratione componunt hoc unguentum, nam alij addunt albumina Oui, alij non addūt Lithargyrium, alij non Ceram, ſed Tragacanthum admiſcent.*

¶ Pollet aduerſus ulcera, ſcabiē, & aduſtionē.

## VNGVENTVM Dialthæa ſimplex, D. Nicolai.

℞. Radicum Altheæ lib. ij.
Seminis Lini
Seminis Fœnogræci ana lib. j.
Olei lib. iiij.
Ceræ lib. j.
Terebinthinæ ℥ ij.

O Reſi-

Reſinæ ℥ vj.

Radices & ſemina contuſa macerentur tribus diebus in aquæ lib. viij. aut quantum ſufficit, quarta die coquantur donec remittant craſſam & uiſcoſam mucilaginem, eam deinde exprime mox.

℞. Expreſſæ mucilaginis lib. ij. & coque cum oleo, cũ deinde aquoſum illud in mucilagine conſumptum fuerit, ceram addito, & fac ſecundũ artẽ.

¶ Emolliẽdi uim habet, calefacit, & humectat.

## VNGVENTVM DIalthæa compoſitum, D. Nicolai.

℞. Radicis Altheæ lib. ij.
Seminis Lini
Seminis fœnogræci ana lib. j.
Scyllæ recentis ℥ vj.
Olei lib. iiij.
Ceræ lib. j.
Terebinthinæ
Gummi Hederæ
Galbani ana ℥ ij.
Colophoniæ
Reſinæ ana ℥ vj.

Radices & Lini ſemen contuſa macerentur tribus diebus in ſufficienti quantitate aquæ, deinde coquantur donec craſſeſcat mucilago. Poſtea ℞. Mucilaginis expreſſæ lib. ij. & adde reliqua, & fac ſecundum artẽ Vnguentum.

¶ Valet proprie ad dolorem pectoris ex frigiditate & pleureſi, & ſuper pectus inunctum ſanat omnia loca infrigidata, calefacit, mollificat, & humectat.

## VNGVENTVM Ægyptiacum, D. Meſuæ.

℞. Aeruginis ℥ v.
Mellis optimi ℥ xiiij.



Aceti fortis ℥ vij.

Coquantur omnia ſimul donec fiat unguentum ſpiſſum & colore purpureum.

ÆRVGO *eſt uiride æris.*

¶ Confert ad uulnera antiqua, fiſtulasq́ue extergit: Carnis excreſcentiæ medetur, uehementerq́ue exiccat.

## VNGVENTVM AVreum, D. Meſuæ.

℞. Ceræ citrinæ ℥ vj.
Olei boni lib. ij. s.
Terebinthinæ ℥ ij.
Reſinæ
Colophoniæ ana ℥ j. s.
Thuris
Maſtiches ana ℥ j.
Croci ʒ j.
Confice ſecundum artem.

¶ Vulnera certò & ſalubriter glutinat.

## VNGVENTVM CItrinum, D. Nicolai.

℞. Boracis ℥ ij.
Camphoræ ʒ j.
Corallij albi ʒ iiij.
Amenti dulcis ℥ j.
Vmbilici marini
Tragacanthæ albiſsimæ
Amyli
Cryſtalli
Enthalij
Dentalij
Thuris albiſsimi
Nitri ana ʒ iij.
Marmoris albi ʒ ij.
Gerſæ ſerpentariæ ℥ j.
Ceruſſæ ʒ vj.
Axungiæ porcinæ recentis non ſalitæ, ſed præparatæ & mundæ lib. j. s.
Sepi Caprini præparati ℥ j. s.
Adipis Gallinacei præparati ℥ j.

Confice

*Conficiæ ſic. Axungiam porcinam atq; adipem Gallinaceũ liqua ſimul, & impone tepidis adhuc, cortium Citrei mali ſatis magnam quantitatem, & macerentur per menſem unum. Poſtea eximito corticcs, & eliquati porcini adipis, ℞ ut dictum eſt, lib. j. s. Adipis Gallinacei ℥ I. & adde ſepum Caprinum, deinde addantur reliqua tenuiſsime trita, ultimo uero inſperge Camphoram ſubtiliſsime tritam.*

*Notandum eſt in hoc unguento non concordare exemplaria in ponderum characteribus. Nam quidam pro ℥ ponunt ʒ, & econtra.*

BORAX *eſt nitri ſpecies, qua aurum ferruminant Aurifabri.*

AMENTVM *dulce eſt Gypſum quod in capillatas uenas ſanditur.*

VMBILICI *marini, lapilli ſunt inuenti in littore maris figura Fabarum magnarum, Germanice uocantur Merbonen.*

ENTHALIVM *teſtaceũ quiddam eſt marinum, Fiſtulæ modo longum & concauum, foris ſtriatum longitudine digiti.*

DENTALIVM *conchula marina eſt parua dentatam rimam habens.*

NITRVM *eſt Sal petræ.*

GERSA *Serpentaria, eſt radix Serpentariæ ueræ præparata, ut infra oſtendemus.*

¶ Faciei maculas emẽdat, ſcabiẽ in quacũq; corporis parte exterit, cicatrices extenuat, roborẽ oculorũ aufert, & ea quæ aſpera ſunt leuigat.

## VNGVENTVM POpuleon, D. Nicolai.

℞. Oculorum Populi arboris recentium lib. j. s.
Axungiæ porcinæ præparatæ lib. ij.
Oculi populi contundantur & macerentur in axungia donec ſequentes herbæ colligi queant æſtate.
℞. Foliorum Papaueris agreſtis
Foliorum Mandragoræ
Cimarum Rubi tenerrimarum
Foliorum Hyoſcyami
Solatri
Vermicularis



Lactucæ
Semperuiuæ maioris
Bardanæ
Violariæ
Scatuncelli ana ℥ iij.

Herbæ contundantur & miſceantur oculis Populi & axungiæ, & dimittantur per dies x. deinde coquantur ſupra lentum ignem in uini odorati ſufficienti quantitate, donec uinũ conſumatur, poſtea colentur & exprimantur, & expreſſum unguentum reponatur.

MANDRAGORÆ *folia ubiq; haberi nõ poſſunt, ideo duplex pondus foliorum Hyoſciami ſumendum eſt.*

VERMICVLARIS *uera eſt Semperuiua minor, linguam non mordicans.*

BARDANA, *id eſt, Lappa maior cuius radicem præcipit eſſe accipiendam Nicolaus Alexandrinus.*

SCATVNCELLVM *re uera eſt umbilicus ueneris ſeu Cymbalaris, & non kreutzkraut. Folia habet pinguia concaua ut Cymbalum, radicem Aroni ſimilem, perquã pauci eam cognoſcũt.*

¶ Contra nimium calorem ualet, & temporibus illitum ſomnum conciliat,

## VNGVENTVM FVſcum, D. Nicolai.

℞. Olei lib. j. s.
Ceræ nouæ ℥ iiij.
Colophoniæ
Picis naualis
Sagapeni ana ℥ ij.
Maſtiches
Galbani
Thuris
Terebinthinæ ana ℥ j.

Confice ſecundum artem unguentum.

¶ Sanandi uim habet & extrahendi.

## VNGVENTVM Diapompholygos D. Nicolai Alexandrini.

℞. Olei Roſacei
Ceræ albæ ana ℥ vj.
Succi fructus vuæ lupinæ quantum ſufficit.
Ceruſſæ ℥ ij.
Plumbi uſti & loti
Pompholygis
Thuris puri ana ℥ j.
Confice ſecundum artem.

DIAPOMPHOLYGOS *.i. de Nihili albo. nã Põpholyx eſt Nihili album. i. Galmeiſlug.*
VVA LVPINA *.i. Solanũ ſiue Solatrum.*
¶ Ad exiccanda Eryſipelata uulnera ſordida & ad ſananda tibiarum ulcera aliorumq́ꝫ locorum concaua uel diſsipata replet, refrigerat & cicatrizat.

## VNGVENTVM Comitiſſæ, D. Guilelmi de Varignana.

℞. Corticũ medianorũ Caſtanearũ
Corticum medianorum Glandium
Corticis mediani Quercus arboris
Myrtillorum
Caudæ Equinæ
Gallarum
Corticum Fabarum
Acinorum Vuarum
Sorborum immaturorum ſiccorum
Meſpilorum immaturorum ſiccatoꝝ
Foliorum Pruni ſylueſtris
Radicum Chelidoniæ ana ℥ j. s.
Contundantur aliquantulum & coquantur in aquæ plantaginis lib. viij. aut quantum ſufficit, donec media pars conſumpta fuerit, deinde in Colatura lauentur ſequentia, nouem uicibus ſemp recentẽ aquã decoctionis affundendo quotieſcunq́ꝫ laueris.



℞. Ceræ nouæ ℥ viij. s.
Olei Myrtillorum
Olei Maſtichini ana lib. j. s.
Poſtea inſperge ſequentium rerum tenuiſsimum puluerem.
℞. Corticis mediani Caſtanearum
Corticis mediani Glandium
Corticis mediani Quercus arboris
Gallarum ana ℥ j.
Cineris oſsium cruris bubuli
Myrtillorum
Acinorum Vuarum
Sorborum ſiccorum ana ℥. s.
Trochiſcorum de Charabe ℥ ij.
Cõfice ſecundum artem unguentũ.

ACINI *hic ſignificant lignea ſemina quæ ſunt in uuis.*
SORBA *ſunt fructus ſimiles Meſpilis, Germaniæ uocantur Sporling, Sporbirn, Sporepſel & Dreckſecke.*
PRVNVS *Sylueſtris .i. Schlehendorn.*
¶ Inceptum aborſum prohibet, hæmorrhoides ſiſtit, ac laxatos renes conciliat.

## VNGVENTVM DE Artanita maius, D. Meſuæ.

℞. Succi Artanitæ lib. iij.
Succi Cucumeris aſinini lib. j.
Olei Irini lib. ij.
Butyri Vaccini lib. j.
Pulpæ Colocynthidæ ℥ iij.
Polipodij ℥ vj.
Euphorbij ℥. s.
Arida omnia contundantur & macerentur in ſuccis per dies viij. affuſo etiam oleo in uaſe uitreo diligenter obturato, nona deinde die coquantur lentò igne aliquandiu, poſtea colentur. Colaturæ adde
Sagapeni in aceto diſſoluti aur. v.
Myrrhæ aureos ij.
Coquantur iterum uſq́ꝫ ad conſumptionem ſuccorum, poſtea adde

Ceræ

Ceræ ℥ v.
Fellis Taurini aureos v.
Ferueant ſimul donec liqueſcat Cera, poſtea inſperge ſequentiũ rerum tenuiſsimum puluerem.
℞. Scammoneæ
Aloes
Mezereon
Colocynthidæ ana aureos v.
Euphorbij aureos ij.
Salis gemmæ aureos iij.
Turbith aureos v.
Piperis longi
Zingiberis
Chamomillæ ana aureos ij.
Confice ſecundum artem.

*Omnia ferè exemplaria habent Colocynthidæ ana aureos v. meus autem manu ſcriptus Meſuæ habet aureum j. quod magis probo, ſed textũ nolui immutare.*

ARTANITA *eſt Cyclamen ſiue Cyclaminus, quidam male uocant panem porcinum. Si radices eius non adſunt recentes, tunc accipe radices eius ſiccatas circiter lib. vi. contundantur & coquantur in aqua & eliciatur ſuccus ut ex Glycyrrhiza fit.*

¶Illitum ſtomacho, uomitum purgat, hypogaſtrio autem inunctum, aluum deijcit, ob id hydropicos mire iuuat, ſeorſum excrementum large uacuando, uermes quoque necat, & educit, adhibetur non potentibus ſumere medicamentum purgans.

## VNGVENTVM DE Artanita minus, D. Meſuæ.

℞. Succi Artanitæ
Viſcoſitatis quæ exprimitur ẽ radice filicis.
Succi Cathengit ana ℥ ix.
Succi extremitatum Tamariſci ℥ ij.
Oeſypi humidæ ℥ v.
Olei Irini lib. ij.
Bdellij
Hammoniaci ana ℥ j. s.



Aceti quantum ſatis eſt ad hammoniacum diſſoluendum.
Ceræ citrinæ ℥ vj.
Corticum radicum Capparis ℥ j. s.
Spicæ ʒ iij.
Confice ſecundũ artem unguentũ.

FILIX *non ſignificat Polypodium, ſed eam herbam quæ Germaniæ uocatur* Waltfaren *&* Creutzfaren.

CATHENGIT *ſignificat Ebulum, eſt autem hoc uocabulum ualde corruptum in pluribus exemplaribus.*

OESYPVS *.i. Hyſopus humida, & eſt pinguedo lanarum ſuccidarum.*

¶Splenis tumores etiam ſcirrhoſos diſſoluit, & ſtrumas.

## VNGVENTVM Potabile.

℞. Butyri recentis ſine ſale lib. iij.
Rubeæ tinctorum
Caſtorei
Spermatis Ceti
Tormentillæ ana ℥ j.
Bulliant ſimul in uino odorifero ad uini conſumptionẽ, ac fiat ungentum ſecundum artem.

¶Datur ad conſolidandum caſum ex alto.

## VNGVENTVM ROſatum D. Meſuæ.

℞. Axungiæ porcinæ recentis quantitatem quam uolueris, & lauetur in aqua calida, & tantundem cum aqua frigida lotione ultima, deinde teratur cum ea roſarum rubearum æquum pondus, dimittantur marceſcere per dies ſeptem, poſtea coquantur cum facilitate ac percolentur, & rurſus tantundem roſarum rubearum teratur & dimittatur per alios dies ſeptẽ marceſcere, atque adfundatur ſucci roſarũ pars dimidia, olei Amygdalini par-

tes vj. & rurſum concoquantur cum facilitate dum ſucci euaneſcant, quod ſi parum Opij in aqua roſarũ coliqua tum inter decoquendum inijcitur fit efficacius.

¶ Phlegmonas, Eryſipelata, Herpetas, ſedat, Cephalalgiam calidam & uentriculi ac hepatis intemperiem calidam mitigat.

## VNGVENTVM pectorale.

℞. Mucilaginis ſeminis Pſyllij
Tragacanthæ
Gummi Arabici
Seminis Lini
Fœnugræci ana ℥ j.
Adipis Gallinæ
Medullæ Vituli
Butyri recentis loti cum aqua uiola-rum ana ℥ j. s.
Olei uiolati
Olei amygdalarum dulciũ ana ℥ j.
Ceræ albæ quantum ſufficit, fiat unguentum.

¶ Mitigat dolores pectoris & tuſſim, digerit, maturat, facilitat ſputum, & reſoluit pleureſim.

## VNGVENTVM Album Camphuratum.

℞. Olei roſati lib. j.
Ceræ albæ ℥ iij.
Ceruſſæ ℥ xij.
Albi ouorum numero vj.
Caphuræ diſſolutæ cum aqua roſarum ex arte ʒ ij.
Fiat unguentum ſecundum artem.

## VNGVENTVM Rubeum Caphuratum.

℞. Olei roſati lib. j. s.
Lithargyrij ℥ ij.



Minij ℥ iij.
Ceruſſæ ℥ j. s.
Thutiæ
Caphuræ ana ʒ iij.
Ceræ ℥ ij. in æſtate. Sed in hyeme ℥ j.
Fiat unguentum in pila plumbea cũ piſtello plumbeo.

# OLEA.

## OLEVM EX LIGNO Iuniperi.

*Fictile uas in foueam ponatur, ſupra id aliud fictile anguſti orificij inuerſum ponatur, recentibus Iuniperi lignis minutimq́; inciſis plenum, cui ſubducatur lamina ferrea foraminibus peruia ut deſtillet liquor, & ne ligni ſegmenta delabantur, bene autem aptentur & luto ſapientiæ circumlinantur fictilium orificia, ne quidquam exſpiret. Poſtea inferius fictile uſq; ad collum ſuperioris obruito terra, & facto pauimento ignem circa & ſupra fictile ſuperius accendito, atq; ardere ſinito aliquot horas. Poſtremo liquorem qui deſtillauit auferto. Cuius uſus eſt in purgandis ſordidis ulceribus.*

¶ Emendat cutis infectiones, ſerpiginem, cancrum, ulcera maligna, qualia quæ in tibijs, & cruribus quorundam: malum mortuum recentiores uocant.

## OLEVM EX IVNIperi Baccis.

*Oleum è Iuniperi baccis elicitur per artem deſtillandi ut uinum ſublimatum, quia uero minoris emitur, quàm ut ab aliquo pharmacopola præparari queat, confectionem eius non indicabimus.*

OLE-

## OLEVM NARDI-num ſimplex, deſcrip: Meſuæ.

℞. Spicæ nardi aromaticæ ℥ iij.
Vini
Aquæ ana ℥ ij. s.
Olei Seſamini lib. j. s.

Coquantur in duplici uaſe donec uinum & aqua in uaporem reſoluantur, coletur deinde oleum, & colatum reponatur obiecta nardi Spica.

*VAS duplex, Græce uocatur* DIPLOMA, *& conſtat duobus crateribus, altero alteri impoſito, ita in unum aromata & oleum conijciantur, in alterum uero aqua fundatur, quæ ſubiectis prunis calefacta ſuo tepore, unguenta & olea decoquit, eſt autem hoc notandũ in omnibus aromaticis oleis quæ decoquuntur.*

¶ Calfacit, tenuat, digerit, modicè adſtringit, proinde affectus omnes frigidos & flatulentos cerebri, uentriculi, hepatis, lienis, renum, ueſicę, uteri, magnopere iuuat, naribus iniectum caput purgat, corporis colorem & odorem commendat.

## OLEVM NARDI-num compoſitum, D. Meſuæ.

℞. Spicæ Indicæ ℥ iij.
Samſuchi, ideſt Maioranæ ℥ ij.
Xyloaloes
Enulæ
Folij Indi
Calami aromatici, eius loco ſumatur Galanga
Foliorum Lauri
Cyperi
Schœnanthi
Cardamomi ana ℥ j. s.

Contundantur omnia groſſo modo, deinde affunde illis
Aquæ fontanæ
Vini ana quantum ſufficit, ideſt



circiter ℥ xiiij. ana.
Olei Seſamini lib. iiij.

Macerentur per noctem, deinde coquantur in Diplomate, ideſt duplici uaſe ſecundum artem.

*Pro Folio Indo, recipe Spicæ Romanæ radicũ, Macis ana* ʒ vj.

## OLEVM COSTI-num, D. Meſuæ.

℞. Coſti optimi & ueri ℥ ij
Caſsiæ aut ſuccedanei eius ℥ j.
Summitatum Samſuchi ℥ viij.
Vini quantum ſufficit
Olei Seſamini lib. iij.

Macerentur duabus noctibus, deinde coquantur in duplici uaſe ſecundum artem.

CASSIA *Aromatica uera & Cinnamomo ſimilis accipi debet.*

¶ Calfacit, obſtructa aperit, neruoſum genus roborat, ut neruos, muſculos, tendones, ligamenta, uentriculum: Præter hæc, hepar & capillos, canitiem ob id moratur, & corporis colorem ac odorem commendat.

## OLEVM DE PIPERI-bus, D. Meſuæ.

℞. Macropiperis, ideſt longi
Melanopiperis, ideſt nigri
Leucopiperis. i. albi ana ℥ iij.
Myrobalanorum Chebulorum
Myrobalanorum Belliricorum
Myrobalanorum Emblicorum
Myrobala: Indarum ana ʒ v.
Radicum Apij
Radicum Fœniculi ana ʒ iij. s.
Sagapeni
Opopanacis
Hyoſcyami albi ana ʒ ij. s.
Turbith albi ʒ xij.
Zingiberis ʒ iij.
Caulis foliorum recentium
Thymi uiridis

Rhutæ uiridis ana M. j.

Coquātur ſecundū artem in aquæ quantitate ſufficienti ad tertias: Colaturæ adde olei de Cherua lib. ij. & iterum coque ad cōſumptionē aquæ.

Iuuat morbos neruorum frigidos, ut paralyſim, ſpaſmum, ſpaſmum cynicum, tremorē, epilepſiam: ad hæc Iſchiadem, & cæteras arthritidis differentias, & uteri, coli, renum, ueſicæ affectus frigidos: quia calefacit, tenuat, terget: ob id obſtructiones aperit, calculum frangit.

## OLEVM MANDRAgoræ D. Nicolai.

℞. Olei communis lib. ij.
Succi pomorum Mandragoræ ℥ iiij.
Succi Hyoſcyami albi ℥ ij.
Succi capitum Papaueris nigri ℥ iij.
Succi Violarum
Succi Cicutæ tenerrimæ ana ℥ j.
Opij
Styracis Calamitæ ana ℥. s.

Succi cum oleo decem diebus ad ſolem macerentur, deinde coquantur ſecundū artē ad cōſumptionē aquei.

*Non habentur apud nos Mandragoræ poma, ergo loco ſucci Mandragoræ pomorum accipe infra ſcriptam decoctionem. ℞. Radicum Mandragoræ .i. Corticum radicum eius lib. j. contundantur & coquantur in aqua ſufficienti, & colatū decoctum ſuccis adde.*

*NICOLAVS Alexandrinus paulo aliter deſcribit hoc oleū, ut Latini impreßi codices oſtendunt, ideo etiam eius placita adſcribere uiſum eſt.*

Ad nimios dolores capitis ualet, & phreneticis male dormientibus fronti illitum, & naribus iniectum uehementer opitulatur, pulſibus brachiorum & plantis pedum illitum quocunq; modo uigilijs fatigatum celerrime obdormiſcere facit.

## OLEVM MANDRAgoræ D. Nicolai Alexandrini.

℞. Olei lib. v.
Succi malorum Mandragoræ ℥ viij.



Succi capitū Papaueris hortenſis ℥ vj
Succi Hyoſcyami albi ℥ iiij.
Succi Violarum
Succi Cicutæ tenerrimæ ana ℥ ij.
Opij
Styracis ana ℥ j.

Confice ſic, miſce ſimul omnes ſuccos oleo atq; in uitreo uaſe obſtructo orificio ſoli exponito per decē dies, undecimo die coquantur in duplici uaſe uſq; ad conſumptionem ſuccorum, deinde ubi refrigerari ceperit cola, & colato oleo adde Styracem & Opium, & confice ſecundum artē.

*STYRAX quidem ſyncerus & purus facile in oleo diſſoluitur.*

*OPIVM uero ſyncerum in oleo diſſolui non poteſt, igitur tenuißime tritum inſpergatur oleo et ſæpe miſceatur, nam ſi in aqua aut uino diſſoluatur non commiſcebitur oleo.*

## OLEVM MASTICHInum D. Meſuæ.

℞. Olei Roſacei ℥ xij.
Vini odoriferi ℥ iiij.
Maſtiches electæ ℥ iij.

Coquantur ſecundum artem uſq; ad conſumptionem uini.

Cerebrum, neruos, iuncturas, uentriculum, hepar corroborat, tumores duros lenit, dolores ſedat.

## OLEVM DE EVphorbio, D. Meſuæ.

℞. Euphorbij ℥. s.
Olei Cheyrini ℥ v.

Vini odoriferi tantundem, coque ſecundum artem, uſq; ad conſumptionem uini.

Iuuat maxime frigidos cerebri & neruorū affectus, cephalalgiam, hemicraniam, lethargum, naribus immiſſum, articulorum quoq;, & hepatis, & ſplenis dolores illitum iuuat.

OLEVM

## OLEVM CASTOREI D. Iacobi de Manlijs.

℞. Caſtorei
Styracis calamitæ
Galbani
Euphorbij
Caſsiæ ligneæ ueræ
Croci
Opopanaci
Carpobalſami (aut Succedanei eius)
Spicæ nardi Indicæ
Coſti ana ʒ ij.
Cyperi
Schœnanthi
Macropiperis
Melanopiperis
Sabinæ
Pyrethri ana ʒ ij. s.
Olei lib. iij.
Vini odoriferi lib. ij.

Confice ſic, Galbanum & Opopanacum in uino ſeorſim diſſolue, deinde reliqua omnia contuſa cū oleo & uini lib. ij. coquito ad conſumptionē uini in duplici uaſe, poſtea cola & diſſolutum & expreſſum Galbanum cū Opopanaco oleo adfunde, & iterum coque ad conſumptionem uini & repone ſæpius miſcens in poſterum ut Galbanum & Opopanacum in uaſis fundo ſubſidens oleo commiſceatur.

¶ Eſt optimum contra omnes ægritudines frigidas, præſertim neruorum & iuncturarum, medetur paralyſi, ſpaſmo, tetano, Et ſedat acerrimos rigores, & frigora febrium, ſi ſpina dorſi liniatur.

## OLEVM SCORPIOnum ſimplex, D. Meſuæ.

℞. Scorpiones numero XXX.
Olei Amygdalarum amararū lib. ij.

Macerentur in uaſe uitreo ſtricti orificij per dies xxx. caniculares ad



ſolē, uel aliàs tota æſtate calidiſsimis diebus, poſtea colatū ad uſus repone.

¶ Lapidem renum & ueſicæ frangit & expellit, lumbis, pubi, perinæo illitum, aut per meatū urinarium iniectum.

## OLEVM SCORPIOnum compoſitum, D. Meſuæ.

℞. Radicis Ariſtolochiæ rotundæ
Gentianæ
Cyperi
Corticum radicū Capparis ana ℥ j.
Olei Amygdalarū amararū lib. j. s.

Macerentur in oleo contuſæ radices ad ſolem feruidum diebus xx, deinde coquantur aliquantulum in duplici uaſe iniectis ad ultimum ſcorpionibus numero XV. poſtea iterum ſerenis diebus xxx. ad ſolem macerentur, poſtremo excolatum oleum reponatur.

ARISTOLOCHIA *rotunda non eſt Holwurtz, ſed radix lutei coloris, odore & ſapore Ariſtolochiæ longæ, affertur ex Italia.*

¶ Valet contra uenena, & peſtilentiam.

## OLEVM FORMICArum, D. Nicolai.

℞. Formicarū alatarum quantū uis
Olei quantum ſufficit.

Macerentur æſtate ad ſolē diebus XL. poſtea excolatum oleū repone.

¶ Valet ad confortandum coitum.

## OLEVM LVMBRIcorum terreſtrium.

℞. Vermium terræ lib. s.
Oleum Oliuarum lib. ij.
Vini ℥ ij.

Bulliant omnia ſimul, & fiat oleum, deinde percoletur & reſeruetur.

¶ Neruos infrigidatos confortat, & utile eſt doloribus iuncturarum.

## OLEVM VVLPInum, D. Meſuæ.

℞. Vulpem detracta pelle & abiectis interaneis, incidatur in partes, & coquatur in
Aquæ Fontanæ
Aquæ Marinæ ana lib. j. s.
Olei ueteris clari lib. iij. ℥ ix.
Salis ℥ iij.
inter coquendum adijce
Anethi
Thymi ana lib. j. boni ponderis.
Coquantur autem quouſq; ab oſsibus recedat caro, & aqua conſumatur, deinde coletur oleum, & excolatum ad uſus ſuos reſeruetur.

*Qui prope mare non habitant ſumant aquam ſalſam, id eſt Muriam, ſiue aquam fontium ſalſorum, ubi ſalinæ fuerint. Porrò ad coquendam uulpem non ſufficiunt lib. iij. ideo accipe quantum abunde ſatis fuerit, & fortiter ultimo oleum exprime.*

¶ Ad podagras, reliquasq; arthritidis ſpecies, ac dorſi, renumq; dolorem eſt efficaciſsimum.

## OLEVM DE Cappare.

℞. Corticis radicum Capparis ℥ j.
Corticum Tamariſci
Foliorum Tamariſci
Seminis Agni caſti
Scolopendriæ, i. aſplenij
Cyperi ana ʒ ij.
Rutæ ʒ j.
Aceti
Vini optimi ana ℥ ij.
Olei maturi lib. j.
Coquantur in duplici uaſe uſq; ad conſumptionem uini & aceti.

¶ Valet duriciei, oppilationi, & dolori ſplenis, ac omni eius ægritudini.



## OLEVM DE LATEribus D. Meſuæ.

℞. Laterem aut tegulam ruffam antiquiſsimam ex ruffo luto ductã, eam confringe in fruſta mediocria, & in prunis urito donec tota excanduerint, deinde è prunis exempta fragmenta reſtinguito in oleo claro ueteri, & dimittito quouſq; ſe oleo impleuerint, poſtea oleo exempta in tenuiſſimum puluerem contundito, atq; in Retortã aut Cucurbitam uitream indito, & ſecundum artem luto chymiſtico iuncturas uitrorum claudito, & ſubtus accenſis prunis oleum elicito, & elicitum reponito.

¶ Conuenit omnibus morbis frigidis. Eſt enim calidum penetratiuum, reſolutiuum. mollit dura, & diſcutit tumida, opitulatur qui patiuntur epilepſiam, uertiginem, obliuionem, paralyſim, ſpaſmum, dolorem dorſi, genuum, podagram, uel alios iuncturarum & neruorum morbos, medetur ſpleni, ueſicæ & renibus.

## OLEVM TEREbinthinæ.

℞. Reſinæ Terebinthinæ aut Laricinæ quam in Germania Terebinthinam uocamus lib. iiij. eam pone in capacem Retortam ſiue Cucurbitam uitreã, & per artem deſtillatoriam elice eius oleum, ita ut Cucurbita aut Retorta arenæ imponatur. primo autem cum aqua exibit oleum tenue & clarum, ſecundo aurei coloris, ultimo fuſcum & craſſum, horũ unũquodq; per ſe auferto & reponito.

¶ Confert omnibus ægritudinibus frigidis, & maxime neruorum.

## OLEVM TARTARI.

℞. Tartari puri lib. iiij.
Pone in ollam & ure in fornace cum

cum lateribus aut tegulis aut fictilibus, uel per ſe donec omnino excandeſcat Tartarum. Poſtea impone in ſacculum laneo panno factum, & ſuſpende in cellario, tum deſtillabit ex eo clarus quidam liquor quem repone. Porrò re uera hic humor non eſt oleum ſed acerrima aqua.

¶ Valet ad faciem tergendam, & erugandam.

## OLEVM CITONIORUM, D. Meſuæ.

℞. Citoniorum non excorticatorū quantum ſufficit, ideſt partes conuenientes uidelicet quantum libuerit.
Succi Citoniorū quantum ſufficit.

Incidito Citonia & impone in uas uitreum, & affunde ſuccum. Affunde etiam oleum Omphacinum, hoc eſt immaturum, ut excedat eius quantitas ſucci menſuram. Poſtea ſtringe uaſis orificium, & ad Solem omnia macera aut in æſtuario diebus quindecim, deinde coque in duplici uaſe, & abijce poſthac Citonia & adde recentia, & rurſum macera & coque, inde etiam tertio recētia Citonia impone, & prædicto modo omnia perage, tum repone diligenter obſtructū ne exſpiret.

*Hodie tanta diligentia non fit hoc oleum, igitur rogo ut maiorem diligentiam impendant.*

¶ Eſt optimum contra debilitatem ſtomachi, uomitum & fluxum, ſiſtit ſudorem, reſtaurat reſolutionem, lapſas uires, corroborat neruos & uires, confortat digeſtiuam, & reſtaurat reſolutionem.

## OLEVM SAMSVCHINUM.

| | | |
|---|---|---|
| ℞. Foliorum Samſuchi | | M. iiij. |
| Serpilli | | M. ij. |
| Foliorum Myrthi | | M j. |



| | | |
|---|---|---|
| Abrotoni | | |
| Siſimbryi | ana | M. s. |
| Caſsiæ ligneæ ueræ | | ℥ ij. |
| Olei Omphacini quantum ſufficit. | | |

*Contundito & contundito omnia, & impone in uitrū, & infunde oleum ut ſupra ſpecies emineat, tum obſtructo uaſis orificio macera ad ſolem uel in æſtuario diebus octo. Poſtea exprime & expreſſum oleum infunde recentibus ſpeciebus, & hoc etiam tertio facito*

*Folia ueræ Myrti acapi debent quæ ex Italia & Narbonenſi Gallia afferuntur.*

*SISIMBRYVM, id eſt Menta aquatica, eſt & aliud Siſimbryū in montibus naſcens, multo odoratius quod melius eſſet ſi ubiq; haberi poſſet.*

*OMPHACINVM, id eſt ex immaturis oliuis expreſſum.*

¶ Laſsitudini utile eſt, & morbis cerebri & neruorum prodeſt, ob id in balneo inunctum paralyſim iuuat, & ſpaſmum cynicū uulgo torturam oris, naribus iniectum: et auribus immiſſum, à flatu tinnitum diſsipat, menſes ciet, ac morſui Scorpionis prodeſt.

## OLEVM VITELLORUM ouorum.

℞. Oua recentia numero centum, coquito donec penitus indurentur. Poſtea uitellos eorum exime, & comminutos aſſa in ſartagine donec ruffeſcant, & pinguedinem quandam remittant, deinde offam feruentem inde in ſacculum pilis contextum & exprime, quodq; expreſſum fuerit oleum repone.

¶ Experientia plurima probatum eſt cutim expurgare, impetiginem, ſerpiginem, & alia cutis uitia perſanare, capillos regignere, & ulcera maligna & fiſtuloſa curare.

## OLEVM HYPERICI.

℞. Summitatum Hyperici iamiam matureſcentis ℥ iiij.

Macerentur in uino odorifero diebus iij. bulliant deinde in uaſe duplici

 obtura-

obturato orificio uaſis, poſtea expri-me, & recentis Hyperici par pondus inijce, & iterum macera & coque, & exprime, tum etiam tertio recens Hypericum adde, & ſi uinum minuetur adde aliquid. Poſtea

℞. Terebinthinæ claræ ℥ iij.
Olei ueteris clari ℥ vj.
Croci ℈ j.

Coquantur in duplici uaſe uſq; ad conſumptionem uini, poſtea exprime, & à ſedimento purgatum oleum repone.

¶ Calidum eſt & ſiccum, ſtipticum, ob id conſolidat uulnera inciſorum neruorum, & combuſtionem ignis, ſedat dolores femoris, & ueſicę, & prouocat urinam.

## OLEVM IRINVM.

℞. Olei lib. vj.
Vini lib. j.

Lauetur oleum ter in aqua calida, deinde effuſa aqua adde uinum & inſperge

Macis ℥ iiij.
Cardamomi
Zedoariæ ana ℥ ij.

Macerentur in loco aliquo calido obſtructo uaſis orificio per dies octo, poſtea in duplici uaſe coquito uſq; ad conſumptionem uini dimidij. Poſtea exprime oleum & inſperge ei puluerem ſubtilem

Iridis Illyricæ lib. ij.

Macera ut prius diebus viij. deinde exprime oleum, & recentis Iridis cōtuſæ par pondus inijcito, tum rurſus ad Solem aut loco calido diebus viij. macerato, & rurſum exprime. Poſtremo etiam tertio exprime, & aliam Iridem adde, & ſimiliter omnia perage, deinde in duplici uaſe oleum una cū ultimo inſperſa Iride aliquandiu coquito, ad ultimum deinde exprime &



repone oleum, cumq; uideris ſubſidere ad fundum uaſis Iridis puluerem, leuiter cola.

*Cum ita permutatur crebro Iris, oleo ſingulis uicibus aliquid decedit, ideo boni ponderis lib. vi. olei accipiantur.*

¶ Attenuat, reſoluit, maturat, & digerit malos humores phlegmaticos pectoris & pulmonis, facilitat ſputum & anhelitum, ſedat tuſsim & frigidos dolores hepatis, ſplenis, & maxime matricis, reſoluit dura apoſtemata & mollit durities, & confert ſpaſmo, doloribus iuncturarum, aurium & fœtori narium.

## OLEVM IRINVM D. Nicolai Alexandrini.

℞. Olei ſextarios x.
Aquæ ſextarios iij.
Radicum Iridis lib. iij. ℥ iiij.
Crini domeſtici radicis ℥ xv.
Cyperi uiridis radicum ℥ vj.
Helenij ℥ iij.
Anchuſæ ℥ ij.
Cinnami
Aſæ
Spicæ ana ℥ j.

Contundantur radices & aliæ ſpecies, & macerentur in oleo & aqua diebus quinq; ad ſolem uel loco calido, obſtructo uaſis orificio, poſtea ſupra lentas prunas in duplici uaſe coquito donec aqua conſumpta fuerit, deinde refrigerare ſinito, ultimo exprimito & cum aliquid ſubſederit ſenſim excolato oleum.

NICOLAI *Alexandrini latinum & impreſſum exemplar ita tradit huius olei cōfectionē.*

SEXTARIVS *Romanus menſura eſt quæ habet olei uncias ponderales xvi. ℥ v. ℈ j.*

CRINON *domeſticum .i. lilium odoratum album quod in hortis plantatur.*

*Non ubiq; habentur radices Cyperi uirides ideo aridas ſume, & uino aſperge tritas.*

HELENII, *id eſt, Enulæ Campanæ, uidelicet radicum eius.*

ANCHV-

*ANCHVSA eſt Bugloſſa ſyueſtris, rubra radice, quam aliqui hodie non recte Alcannam uocant, tinguntur ea radice unguenta, & cera.*

*CINNAMVM id eſt quod Cinnamomum.*

*ASÆ ego hic non dulcem Aſam ſed fœtidam ponerem, licet tamen utriuſq; ℥. S. accipere.*

¶ Vſurpatur ad diuturnum catarrhum naribus illitũ, Ozenas & putredines narium aufert, tinnitum aurium cum aceto & ruta ex amygdalis amaris commixtum & auribus iniectum tollit, aſthmaticis gargariſmo adhibito opitulatur, hemorrhoidas ueteres inunctum ſiue colo iniectum educit.

## OLEVM MOSCHELInum, D. Nicolai.

℞. Olei puri lib. viij.
Aquæ lib. iij.
Folij (aut Succedanei eius)
Spicæ nardi Indicæ
Coſti odorati & ueri
Maſtiches ana ℥ iij.
Styracis Calamitæ
Croci
Myrrhæ Troglodyticæ
Xylocinnamomi (in eius abſentia, corticis cinnamomi)
Caſsiæ ligneæ ueræ ana ℥ j. s.
Carpobalſami (aut Succedanei eius)
Charyophyllorum
Bdellij ana ℥ j.
Moſchi ʒ vj.
Nuces indicas num. iiij.

Cõfice ſic, Folium aut eius Succedaneum, Myrrham, Caſsiam, Carpobalſamum & Bdellium tere, & per biduum in aqua & oleo macera, poſtea coque ſupra lentum ignem in duplici uaſe uſq; ad conſumptionem aquæ, deinde reliqua omnia in tenuiſsimũ puluerem redacta inſperge excolato & expreſſo oleo, & iterum macera & coque parumper, ultimo deinde Moſchum admiſce, & repone, & patere ut aromata ſubſidant, ea interdum oleo commiſce, agitato uaſe.



*Ex Nicolao Alexandrino deſumptum eſt hoc oleum, apud quem non PVRI ſed PVNICI olei legitur .i. in Aphrica nati, quod omnium optimum & dulciſsimum exiſtit.*

*Pro Folio ſume radicularum Spicæ Romanæ, Macis ana ℥ j. S.*

*Pro Xylocinnamomo ſume Cinnamomum electum.*

*NVX Indica hic non ſignificat grandem illam nucem quæ ubiq; Indica nux uocatur, ſed nucem muſcatam. Nam ueteres Græci eam appellãt Caryon ſiue Carydion Indicon .i. nux ſiue nucula Indica, uocatur etiam Caryon Myrepſicon .i. nux unguentaria ſiue odorata, & Moſchocaryon hoc eſt Muſcata nux, quod diligenter in hoc oleo notandum eſt.*

¶ Eſt optimum ad omnem frigiditatem corporis potiſsimum uentriculi & ad dolorem lateris foris inunctum, Stranguriosis & Colicis & ad omne neruorum uitium illitum optime facit, miſcetur Epithematibus & Emplaſtris quæ ad ſtomachi & renum affectiones aſciſcuntur.

## OLEVM RVTÆ.

℞. Rutæ recentis inciſæ & contuſæ quantum libuerit, pone in uaſe uitreo & affunde olei ueteris clariſsimi ſufficientem menſuram, & macera ad ſolem aut in loco calido aliquo diebus quindecim, deinde in duplici uaſe coquito, & abiecta Ruta recentem inijcito, & iterum quindecim diebus macerato, poſtea ſimili modo coquito & exprimito, & tertio recentem Rutam inijce, macera coque & cola.

*Ita debet præparari oleum hoc & aliquot ſequentia.*

Eſt Calidum aperitiuum, reſolutiuum, & mitigatiuum dolorum, calfacit renes, ueſicam, matricem, & ſedat dolores eorum, & maxime colicam, ſi uenter ungatur, & fiat ex eo ſolo clyſter, præterea opitulatur neruis, confert ſpaſmo, & expellit frigidos humores.

## OLEVM ANEthinum.

*Oleũ Anethinũ fit ex floribus et folijs Anethi et oleo ueteri claro eodẽ modo quo Rutaceum oleũ.*

¶ Sedat dolores, aperit poros, & reſoluit uapores & apoſtemata, tumores & durities, mitigat dolores & rigores febrium, prouocat ſomnum & ſudorem.

## OLIVM CHAMÆmelinum.

*Oleum Chamæmelinũ ſiue Chamomillæ (ut uocant) fit ex floribus Chamæmeli .i. Chamomillæ & oleo ueteri claro ut Rutaceum oleum.*

¶ Valet ad plura, aperit poros, reſoluit uapores, ſiſtit fluentes humores, corrigit malas qualitates, confert neruis & membris neruoſis, & apprime mitigat dolores.

## OLEVM LILINVM.

*Olium Lilinum ſiue Liliorum fit ex Lilijs albis odoratis recentibus & oleo ueteri claro ut oleum Rutaceum.*

¶ Sedat frigidos dolores pectoris, renum, ueſicæ, matricis, & colicam, eſt enim calidum, reſolutiuum, mitigat tuſsim, & efficaciter reſoluit, et citius maturat apoſtemata.

## OLEVM NARCISſinum.

*Oleum Narciſsinum fit primo uere ex recentibus floribus albi Narciſsi qui uocatur Germanice Mertzenblum, Weyſshornungſsblum, Weyſsaprillenblum, Weyſs Ioſepſsſtebe, ut Rutaceum.*

¶ Valet ad emoliendos uuluæ duritias, præcluſionesq́.

## OLEVM LIGVSTRInum, D. Meſuæ.

*Oleum Liguſtrinum quod Græci uocant Cyprinum, Arabes autem oleum de Alcanna, fit ex floribus recentibus Liguſtri florẽte uite, aut paulo poſt & oleo ueteri clariſsimo, ad modum Rutacei olei.*

*Eſt autem Liguſtrum arbuſcula ſalicis ferre folio, floribus paruis candidis, ueluti ſpumoſis & muſcoſis, Germanice uocatur Reynweyden & Muntholtz. Naſcitur copioſe ad Renũ, et in Myſnia, Heſsia, Sueuia Wirtembergenſi, Thuringia, & circa Nurenbergam, non longe à Kalckreut.*

¶ Partes neruoſas roborat, & capillos à canicie uindicat.



## OLEVM SAMbucinum.

*Oleum Sambucinum fit ex floribus Sambuci & oleo ueteri clariſsimo, quemadmodũ etiam oleum Rutaceum.*

¶ Lenit, abſtergit, & mundificat cutim, medetur icteritiæ, & maxime hepati infirmo, oppilato, & plurimum confert doloribus iuncturarũ.

## OLEVM IASMInum.

*Oleum Iaſminum quod Arabes uocant Ieſeminum & oleum de Zambach, fit ex floribus Iaſminis ſiue Iaſeminis ſiue Zambachi & oleo ueteri claro ut oleum Rutaceum.*

*Eſt autem flos ſimilis Violis aut Cheyri admodum odoratus, naſcitur in frutice qui multis uiticulis aſcendit pergulas & concamerationes, ut uitis. Colitur in Italia & Gallia.*

¶ Opitulatur corporibus, quæ calfactionem, laxationemq́ deſiderant.

## OLEVM CHEYrinum.

*Oleum Cheyrinum fit ex Leucoijs luteis, hoc eſt ex Cheyris citrinis & oleo ueteri claro ut Rutaceum oleum. Cheyri autem Germanice dicuntur Gelbe Violen.*

¶ Dolores neruorum, aliarumq́ partium corporis mitigat, eaq́ quæ in thorace, renibus & ueſica ſunt diſcutit.

## OLEVM MYRTILlorum.

*Oleum Myrtillorum fit ex Myrtillis hoc eſt bacis ueræ Myrti & oleo Omphacino, hoc eſt imma-*

immaturo, eodem modo quo Rutaceum, quoniam uero Myrtus uera apud nos non naſcatur neq; habemus ſemper uirides Myrtillos, ſed aridos ut plurimum ex Italia afferuntur, ideo neceſſe eſt ut uino odorato aſpergantur.

¶ Refrigerat & adſtringit ideoq; cœliacis affectibus ſubuenit, ſanat igne ambuſta, poſtulas erumpentes illitu emendat, attritus hyeme concitatos & intertrigines, illitum corrigit. Sedis rimas, condylomata, laxatos artus perſanat, & ſudores coercet.

## OLEVM MYRtinum.

Oleum Myrtinum fit ex ſolijs ueræ Myrti & oleo Omphacino, id eſt immaturo quemadmodum oleum Myrtillorum.

Quoniam uero Myrti ueræ recentia ſolia apud nos haberi nequeunt, ideo ſume ſolia Myrti ueræ quæ ex Italia et Narbonenſi Gallia et Candia afferuntur, denuo et aſperge ea cõtuſa uino ueteri odorato ut dictum eſt proxime in oleo Myrtillorum.

¶ Cerebrum, neruos, cor & uentriculum roborat.

## OLEVM MENTHÆ.

Oleum Menthæ fit ex Mentha criſpa ſatiua et oleo Omphacino id eſt immaturo, eodẽ modo quo Myrtinum aut Rutaceum oleum.

¶ Ventriculum refrigeratum & imbecillum calefacit, firmat, nauſeam, uomitumq; reprimit, appetentiam excitat, coctionemq; iuuat.

## OLEVM ABSINTHII

Oleum Abſinthij fit ex Abſinthio Pontico, & oleo Omphacino claro, quemadmodum oleum Rutaceum. Porrò Abſinthium ponticum nos non habemus quod uidelicet non adeo calidum eſt, ſed ſuauioris odoris & ualde adſtringens. Noſtrum uero Abſinthium ſiue ruſticum Abſinthium calidius eſt & nihil ferè adſtringit, ut etiam Galenus ſcribit, ideo corrigendum eſt cum Roſis quæ dimidium eius pondus æquent.

¶ Calefacit ac roborat ea quæ ſunt refrigerata, potiſsimum uero uentriculum, excitat appetentiam, obſtructiones aufert, lumbricoſq; enecat.



## OLEVM ROSAceum.

Oleum Roſaceum ſiue Roſarum fit ex Roſarum rubearum nondum penitus apertarum decerptis ſolijs & oleo Omphacino, id eſt immaturo, eodem modo quo Rutaceum oleum.

¶ Refrigerat & adſtringit, inflammationibus præſidio eſt, æſtuantem uentriculum reſtinguit, eroſiones inteſtinorum clyſteribus inditũ, & dolores dentium, ſi eo colluantur, ſanat.

## OLEVM VIOlaceum.

Oleum Violaceum ſiue Violarum fit ex floribus Violarum & oleo Omphacino, id eſt immaturo, quemadmodum Rutaceum & Roſaceum.

¶ Refrigerat, incandeſcentibus inflammationum feruoribus utile eſt.

## OLEVM NENVpharis albi.

Hoc Oleum fit ex recentibus floribus Nenupharis quæ albos flores producit, & oleo Omphacino, quemadmodum Violaceum.

¶ Nymphæatum oleum, uires habet Violati, refrigerat tamen magis quàm Violatum & minus quàm Papauerinum, hypnoticis, & intemperaturam partium, ut renum, calidam ſanantibus utiliter miſcetur, & Veneris tentiginem prohibet genitali inunctum, ſomnum etiam cõciliat.

## OLEVM NENVPHAris Citrini.

Hoc oleum fit ex luteis ſiue Citrinis Nympheæ hoc eſt Nenupharis floribus & oleo Omphacino, ut Violaceum oleum.

## OLEVM POPVlinum.

Populinum oleum fit primo uere ex oculis Populis arboris contuſis & oleo ueteri claro, loto in aqua calida aliquoties, eodem modo quo Rutaceum aut Anethinum oleum.

OLEVM

## OLEVM POPVLI-num, D. Nicolai Alexandrini.

℞. Olei ℥ LXXXVI. faciunt lib. vij. ℥ ij.
Vini lib. iiij.
Gemmarum Populi arboris recentiũ ueris initio collectarum lib. iij.

Gemmæ populi diutiſsime terantur & macerentur in uino & oleo diebus ſeptem & quotidie ſæpe agitentur, octaua deinde die ſupra lentas prunas in duplici uaſe coquito uſq; ad conſumptionem uini, deinde exprimatur oleum & reponatur.

*Porrò hoc oleum efficacius erit ſi ſecundo & tertio recentes Populi gemmæ addantur.*

GEMMÆ Populi *.i. oculi Populi.*

¶ Expedit ad capitis dolorem, arthriticis, nephreticis & podragicis, & ubicunq; dolor ſit.

## OLEVM AMYGDA-larum dulcium.

℞. Amygdalarum dulcium ſiccarũ non tamen rancidarum, contundantur minutiſsime, poſtea in ſartagine aliquantulũ torrefacias affuſo aquæ Roſaceæ modico poſtea prælo exprime.

¶ Lenit aſperitates pectoris, gutturis, & pulmonis, duritiem & ſiccitatem iuncturarũ, eſt ſuaue in cibis & confert hecticis & phthiſicis, impinguat, auget ſperma, ſedat tuſsim, & ardorem urinæ ueſicæ et uuluæ excoriatæ, cum fiſtula iniectum.

## OLEVM AMYGDA-larum amararum.

*Fit hoc oleum eodem modo quo ex dulcibus Amygdalis.*

¶ Aperit oppilationes, et diſcutit uentoſitates et uapores, ſed potiſsimum medetur ſurditati, ſibilo et dolori aurium, lenit duritiem neruorum, et delet maculas faciei.



## OLEVM BALA-ninum.

*Oleum Balaninum ſit ex Balano Myrepſica, id eſt, glande unguentaria, quam Arabes uocant granum Ben, fit autem ex tuſo, aſſatoq;, affuſa Roſacea aqua fructu iſto. Porrò fructus ipſe Auellanæ magnitudinem habet, colorem candicantem, & figuram ut plurimum triangularem, Cortice tenui claudit pinguem quendam nucleum fungoſa & alba tunica inuolutum affertur ex Syria & Arabia.*

¶ Oleum Balaninum repurgat maculas, uaros, lentigines, cicatricum nigritias, fucos, aluum ſoluit, ſed uentriculo aduerſatur, dolores aurium emẽdat. Item ſi ſonant aures, uel ſtrepitum, aut ſibilum ædunt, cũ adipe infuſum auxiliatur.

## OLEVM DE Cherua.

*Oleum hoc fit ex pingui quodam ſemine quod Arabes Cherua, Græci Crotona, Latini Ricinum uocant, fit autem eodem modo quo oleum Amygdalarum. Planta uero quæ ſemen hoc producit uocatur à recentioribus Catapuția maior, ab Italis palma Chriſti, & Miraſolis. A Germanis Wunderbaum, Zeckenſame, & Heydniſch Sprinckkorner.*

¶ Prodeſt pſoris, ulceribus capitis erumpentibus, ſedis imflammationibus, uuluis quæ occluſæ conuerſæq; ſtrangulant, cicatribus fœdis, aurium doloribus, potu aluum ciet quæ aquis grauatur, lumbricos eijcit.

## OLEVM PAPA-ueris.

*E ſemine utriuſq; Papaueris tam albi quàm nigri exprimitur oleum, eodem modo quo ex Amygdalis, Balano Myrepſica & Cherua.*

¶ Impinguat, aſperam arteriam lenit, febrium ardorem mitigat, & inſomnium.

## OLEVM HYO-ſcyami.

*Hoc oleum exprimitur ex Hyoſcyami ſemine eodem modo quo ex Papauere.*

OLEVM

## OLEVM SPICÆ.

*Oleum Spicæ fit per deſtillationem ex maiori Lauendula quæ Spica uocatur; apud nos maioribus ſumptibus fit quàm in Gallia Narbonenſi, ideo potius emendum eſt à mercatoribus qui illud è Gallia afferunt.*

## OLEVM LAVrinum.

*Oleum Laurinum apud nos non facile fieri poteſt, quoniam uero in magna copia affertur ex Italia & aliunde, ideo facile emitur à materialiſtis.*

¶ Calidum eſt & aperitiuum, mitigat colicam, & frigidos dolores uentris, ſtomachi, capitis, hepatis, ſplenis, renum, matricis, neruorum, iuncturarũ, deniq; oĩbus ægritudinibus frigidis cõfert.

## OLEVM SESAminum.

*Oleum Seſaminum exprimitur è Seſami ſemine, affertur autem ex Alexandria Ægypti Venetias, ubi ematur ſyncerum, nam adulteratur oleo Nucum & Papaueris, ſed odore & ſapore facile deprehenditur à peritis dolus.*

¶ Oleum Seſaminum impinguat, auget ſperma, lenit guttur, & omnem aſperitatem et duritiem, et clarificat uocem.

## PETROLEVM flauum.

*Petroleum clarum, quoddam eſt album, quoddam uero aurei coloris, defluit autem ex petris in Italia & plerisq; alijs locis unde ad nos affertur.*

¶ Calfacit, ſiccat, eſſentiæ tenuitate in altum penetrat, digerit, proinde materiam omnem excrementoſam conſumit, ob id epilepſiæ, paralyſi, uertigini, obliuioni, et lienis, renum, ueſicæ, uteri, neruorum, articulorum omnium, et reliquarum partium neruoſarum doloribus frigidis maiorem in modum confert.

## PETROLEVM nigrum.

*Petroleum nigrum ſiue Naphta nigra craſsius eſt quàm flauũ, gignitur autem in agro Borchdorpiano & Brunſuicenſi in Saxonia.*

PETROLEVM .i. *Naphta.*



# PRAEPARATIONES QVOrundam ſimplicium.

## MODVS ABLVENdi Aloen cum Aromatibus.

℞. Aloes puriſsimæ & cribratæ li. ſ.
Caſsiæ ligneæ
Spicæ nardi Indicæ
Azari
Schœnanthi
Carpobalſami } aut ſuccedaneorum eorum.
Xylobalſami
Cinnamomi
Ligni aloes
Croci
Maſtiches
Laccæ ana ʒ iij.

Decoquantur aromata in aquæ quantitate ſufficienti ſecundũ artem in duplici uaſe, deinde colentur, in colatura diſſolue Aloen continue agitando & pone ad ſolem in uitrea aut uitreata patina donec exiccet. Oportet autem patinam linteolo puro tectam ſoli apponere ne aliquid incidat. quod ſi hyeme lauanda eſt Aloe, in æſtuarium ad fornacem ponatur, oportet etiam fundo uaſis inſidentes arenas & ſi quæ ſunt aliæ ſordes diligenter auferre.

## MODVS ABLVENdi Aloen ſimplex.

℞. Aloes puriſsimæ & tritæ lib. ij.
Aquæ cœleſtis q. s. aut lib. vj.

Miſceantur in patina uitrea ita ut aqua calefacta prius infundatur, deinde ſubſidere ſinito ſordes & calculos, & puram pinguemq; aquam cui ſe pura Aloe miſcuit ſenſim excolato & ſordes in fundo abijcito, poſtea colaturam tectam linteoleo in ſole exſiccato.

## MODVS ABLVENdi Laccam.

*Modus abluendi Laccam qui paßim à ſcriptoribus traditur, admodum abſurdus eſt, & qui eum primus inuenit aut tradidit, Laccæ naturam penitus ignorauit, nam quidquid purum ſyncerum & efficax eſt in Lacca, illud aquæ miſcetur, eam illi dicunt abijciendam eſſe, & quod remanet in Trochiſcos formandū, hoc eſt calculos, ligna et ſordes. Nos uero rectius modum trademus.*

℞. Ariſtolochiæ longæ
Schœnanthi ana ℥ ij.

Decoquantur in aquæ lib. iiij. aut q. s. donec remaneant lib. ij. colaturæ inſpergæ
Laccæ integræ lib. j. ℥ iiij.

Decoquatur Lacca deinde lento igne, donec aqua fiat coloris ſanguinei, & quidquid in Lacca boni fuerit diſſoluatur, tum per filtrum aut laneum pannum cola, & remanentes ſordes abijce, excolatam uero & ſanguinei coloris aquam lentis prunis in duplici uaſe uſq; ad mellis ſpiſſitudinem coquito, & tepidam maſſam in Trochiſcos fingito, hic itaq; uerus eſt modus abluendi Laccam.

## MODVS LAVANDI plumbum.

℞. Mortarium plumbeum, in eum infunde aquam cœleſtē, & agitato aliquot horas aquam in mortario, donec aqua colorem acquirat liuidū,



& craſſeſcat in modum limi, iſtum limum per linteum exprime, & exiccatum repone.

## PRÆPARATIO LImaturæ ferri, quam quidam Scoriam uocant.

℞. Limaturam Ferri optimi, aut Chalybis, aut ſquamā, hoc eſt Batituram eius, purga eam ab omnibus immundicijs hoc modo, proijciatur in aquam clariſsimam & fricetur manibus poſtea ſordidam aquam effunde totam, deinde impone limaturā in uitream patinam, & affunde modicum aceti ut tantum humectetur, nec emineat acetum, poſtea macera diebus xxx. ultimo tere & repone.

## SCAMMONEAM præparandi modus.

℞. Scammoneæ optimæ ℥ iiij.

Contere in ſubtiliſsimum puluerem, deinde inſperge illi olei Violati optimi modicum, ut fiat maſſa, deinde excaua aliquot Cytonia mala magna, & in cauitatem eorum impone maſſam Scammoneæ, & cooperi foramina Cytoniorum, poſtea aſſa in fornace, cū pane donec Cytonia perfecte ſint aſſata, deinde exime Scammoneam, & impone ſequenti diluto.

℞. Carnium Myrobalanorum Citrinarum ℥ j.
Succi Cytoniorum ℥ iiij.

Conterantur Myrobalani & miſceantur cum calefacto Cytoniorum ſucco, & ſtent in infuſiōe horis xxiiij. deinde leuiter cola, colaturam uero infunde Scammoneæ & optime ſimul miſce, ultimo in loco calido exicca, & exiccatam repone Scammoneam.

COLO-

## COLOCYNTHIDIS præparatio.

℞. Colocynthidæ pulpæ lib. j.
Bdellij
Tragacanthæ ana ʒ xij.

Incidatur Colocynthis minutiſsime, Tragacanthum uero & Bdelliū diſſolue in aquæ Roſarum quantum ſufficit, & diſſoluta inſperge inciſæ Colocynthidi & fac Trochiſcos, quos in ſicco aliquo loco ſiccabis, exiccatos deinde Trochiſcos iterum ſubtiliſsime terito, & reforma Trochiſcos adhibita Maſtiche in oleo Roſaceo diſſoluta.

## SQVYLLÆ præparatio.

℞. Squyllam magnam recentem neq; putridam neq; gelu flaccidam, abijce eius exteriores aridas tunicas, inuolue deinde eam maſſę ſiue paſtę piſtorum unde panis fit, aſſato poſtea in furno cum panibus, donec panes percocti fuerint, hinc è furno exime Squyllā, & ſigillatim omnes tunicas detrahe, & funiculo traiectas in calido loco exiccato, abijcito uero mediū ſquyllæ cor unde germen enaſci ſolet. Porró Squylla nō eſt incidēda ferreo aliquo cultro, ſed è ligno ſolido aliquo facto, nam contrahit à ferro uenenoſam quandam rubiginem.

## MEZEREI præparatio.

℞. Foliorum Mezerei quantum libuerit, ea macera in aceto uini horis xxiiij. poſtea exiccentur. cum uero uti ijs uoles contere, & in contundendo abijce eorum uenas & neruos.



## ESVLÆ PRÆparatio.

Eſula tam maior quàm minor, præparatur eodē modo quo Mezereon.

## GERSAM SERPENTariæ faciendi modus.

℞. Radices ſerpentariæ ueræ uel loco eius radicum Ari, id eſt, Aronis ℥ iij. Terantur ſubtiliſsime, & infunde eis aquæ Roſaceæ ℥ iiij. deinde exiccentur ad ſolem in uitrea patina, linteolo tecta. Poſtea ſecundo tantum aquæ Roſaceæ infundito & ſimili modo exicca, tertio poſtremo eodē aquę Roſaceæ quantitas inſpergatur, & ultima ſiccatam farinam cum uino odorato in Trochiſcos ſiue orbiculos finge & repone: ingreditur autem hæc Gerſa, unguentum Citrinum, & reliqua quę ad nitorē cutis conficiuntur.

## SPODIVM PRÆparandi modus.

℞. Eboris in partes ſecti lib. j.

Pone id in nouum & nondum crematum fictile & crudo operculo tegito, & iuncturam luto figulino diligenter oblinito, poſtea in fornacem figuli mitte, & cremari ſinito donec fictilia percocta ſint, deinde exemptum ebur in tenuiſsimum puluerem terito & cribrato, & infunde ei in patina uitrea aquæ Roſarum lib. ij. & exiccari ſinito, deinde ſecundo terito & alias ij. lib. aquæ Roſaceæ affundito, atq; ſimiliter exicca. Tertio etiam terito & admiſce aquæ Roſarū libram unā in qua diligenter diſſolutæ ſint Camphoræ tritæ & ſubtiliſsimę ʒ iiij. Tere omnia in tabula marmorea duriſsima, & finge Trochiſcos, quos repone

in denſo uaſe aliquo ne expirent. Porrò ſi Ebur habere non poteris, loco eius ſume Cornu Ceruinum, & ſimiliter præpara, eſt enim hoc quoq; efficax medicamentum ad multa, præſertim contra uenena.

*Ebur crematum, melius eſt ut aperto fictili fiat, aliàs enim non candidum ſed nigrum fit.*

## PVLMONIS VVLpini præparatio.

℞. Pulmonem uulpis recentem extrahe ex eo artheriam ſiue fiſtulam, et laua in uino odorato calefacto, mox ollæ impoſitũ exicca in tepido furno, deinde exiccatum repone in loco ſicco, & inuolue abſinthio ne putreſcat.

## EPATIS LVPINI præparatio.

Epar lupi eodem modo præparatur, quo pulmo uulpis.

## SANGVINIS HIRCIni præparatio.

Hircum mediocris ætatis domi alito & per menſem nihil aliud dato præter Pimpinellam, Apium, Petroſelinum, Leuiſticum, & ſimilia, deinde ſanguinem eius qui ex artherijs fluxit excipito, & concreſcere ſinito, atq; aqueum illud effunde, grumos uero ſanguinis in furno exicca, mactandus autem eſt hircus ueris exitu, id eſt principio æſtatis cum Sol Cancrum ingreſſus eſt.

## ADIPVM VEL PINguedinum præparatio.

℞. Adipem uel pinguedinem cuiuſcunq; animalis, & laua in aqua aliquoties, donec pura defluat aqua, & non amplius ſanioſa aut crueta appareat, deinde inciſam liqua in duplici uaſe, & eliquatam in frigido loco repone ſine ſale.



## MEDVLLARVM præparatio.

Medullas ex oſſibus auferto autumni initio, & laua & liqua in dupli ci uaſe ſecundum modum, qui traditus eſt in Adipum ſiue Pinguedinum ptæparatione.

## OESYPVM FAciendi modus.

*℞. Lana ſucădæ, hoc eſt nondum purgatæ, ex collo, fœminibus & fœmoribus ouium detonſæ, quantitatem ſatis magnam, infunde ei aquam feruidam, & laua diligenter quouſq; omnem ſuam pinguedinem in aquam depoſuerit. Poſtea expreſſam lanam ſepone, & aquam illam pinguem & ſordidă uaſculo aliquo diutiſſime ex alto fundito & refundito, donec ſpumoſa fiat, tum ſinito ſpumă ſubſidere et collige aquæ innatantẽ pinguedinẽ, iterũq; aquam refundito donec ſpumet, & ſubſidentem pinguedinem auferto, & rurſus refundito donec non amplius ſpumet & nulla concreſcat, ſupra aquam pinguedo. Tum collectam pinguedinẽ inungito & in aqua lauato manibusq; diducito, donec pura fiat & aqua clara defluat, & albeſcat & linguam admota non mordeat, tum repone in fictili denſo, loco frigido. Porrò hic Oeſypus hodie uocatur corrupto nomine Hyſopus humida, ſed non bene præparatus habetur in Pharmacopolijs.*

## MODVS COQVENdi Terebinthinam reſinam.

℞. Reſinæ Terebinthinæ aut eius loco Laricnam reſinam quam Terebinthinam hodie uocant. lib. j. affunde ei aquæ lib. xxiiij. & coque in magno uaſe donec odorem amittat

& inſpiſſetur, adeo ut refrigerata digitis in puluerem teri queat. hoc modo uſta reſina ingreditur in quædam unguenta, olea, & in Trochiſcos Cyphi qui pertinent ad Mythridatium.

## ACACIA SVCcedanea.

*Acacia uera apud nos non poteſt confici, eius autem loco ſumunt noſtri Pharmacopolæ, totius ferè Europæ ſuccum Prunorũ ſylueſtrium. i. Schlehenſafft. Sed hæc quam deſcribemus propius ad ueræ Acaciæ uires accedit.*

℞. Seminum Thamarindorum
Sumach ana lib. ij.
Contundantur, & affunde eis aquæ cœleſtis lib. viij. aut q. s. Macera deinde per horas uiginti quatuor. Poſtea coque donec tertia pars aquæ remaneat, excolatam deinde aquam, cum albuminibus ouorum clarifica & deſpuma, deſpumatam deinde iterum coque ſupra lentas prunas ad ſpiſsitudinem iuſtam, deinde repone, ut Acatiam ex prunellis ſylueſtribus factam.

Finis eorum, quæ Valerius Cordus Nurenbergenſi Senatui exhibuit.



# APPENDIX

## EX SCRIPTIS D. IAcobi Syluij Medici Pariſien. pro inſtructione Pharmacopolarum.

## DE SINGVLORVM MEDICAmentorũ ſimplicium exacto Delectu Collectionis tempore legitimo, Repoſitione commoda et Duratione eorum.

## DE RADICIBVS.

*Radices euellendæ ſunt, cũ medicamentoſæ ſunt maximè. Quæ dos omnibus eodem nõ ineſt tempore, ſed aliæ alio uegetæ magis ſunt, quanquàm ſunt qui putent omnes radices legendas autumno, ubi folia deciderunt: alij ueris initio, priuſquàm in folia aut caulem erumpant. Omnes tamen integræ ſunt, ſi fieri poteſt, uellendæ, & unaquæque in ſolo & cœlo naturæ ipſius maximè familiari, bene nutritæ, bene habitæ, non præ alimenti copia enormes, neq; ob inopiã ſtrigoſæ, tenues, rugoſæ: mox aqua lauandæ, & radiculis portionem quandam alimenti repetentibus, & ſtolonibus etiamdum trahentibus, purgandæ: pòſt (niſi utendi recentibus aliqua inceſſerit uel commoditas uel neceßitas) ſiccandæ: quædam umbra et uento, ut apij, fœniculi, iridis, & quæ aliæ ſunt uel minores, uel ſicciores, uel rariores, quarum uires ſol ceu ignis promptè dißipet: quædam contrariæ dictis ſole & uento, uel igni ſiccantur, ſi cœlum eſt nubilũ, aut hyems: et ſæpe uerſandæ, ne mucidæ aut putridæ fiant, ut bryoniæ, gentianæ, mandragoræ, rhei pontici: Si uerò ſiccatis citò eſt opus, patellæ ignitæ impoſitas ſæpe uerſandas ſiccabis. Quædam item integræ ſiccantur, ut gentianæ, aliæ in taleolas diſſectæ, ut iris, aliæ lignoſa matrice (ſic enim cor plantarum Gaza ex Theophraſto uocat)*

ademptæ, ut fœniculi, petroſelini, apij. Deinde reponuntur loco non inſolato, non infumato, non humido, non puluerulento, ſed ſublimi, puro, ſicco, aut ſeptentrionem, aut potius meridiem ſpectante, præſertim quando hunc plantæ quædam adhuc humidiores requirunt, modò non flent auſtri. Eædem quamdiu uegetæ adhuc ſunt ſeruandæ, paruæ ſcilicet ac tenues & raræ, ut aſari, aſparagi anno tantum, quamuis elleborus uterq; etiam triennio ſeruari poßit, ut magnæ & craſſa eſſentia præditæ, bryonia, rheon ponticum, ariſtolochia, gentiana. Hæc autem tria, colligendi tempus legitimum, repoſitio commoda, & duratio, non in radicibus ſolis obſeruanda ſunt, ſed etiam in alijs plantarum partibus, atq; adeò quibuſdam animalium aliquorum partibus, ut ſanguine hircino, hepate lupi, pulmone uulpis, ueſica apri. Proptereà chamæpityn, chamædryn, thlaſpi, centaurium, polium, hypericum, aliaq; florentia capiebat Galenus, theriacen, uel aliud medicamentum compoſiturus, nõ ſole æſtiuo ſiccata, neq; dum fructus eorum adhuc crudi & imperfecti ſunt. Iubet idem continua ſpeculatione cognoſcendum, quando fructus ſunt futuri, quando eduntur, quando augentur, quando deniq; uigent. Quo tempore potißimum eos commodè decerpas, & in ſiccis domunculis repoſitas cuſtodias, ne à ſolis radijs urantur, neq; humiditate à tecto, uel muris madefiant. Ob id domo non uult ſubterranea eos reponi, nec alijs uicina, neq; ſub tegulis, ſed horum media, quæ hoſtia meridiem ſpectantia habeat, prope quæ tamen medicamenta ne reponas. Omnia igitur legenda, quando ſummarum ſunt uirium, & cauſandi tum mercatores, tum herbarij, qui radices, liquores, ſuccos, flores, germina, fructus extra anni tempus carpunt, & in urbes conferunt. In quibuſdam & aſtrorum obſeruatio ualere putatur. Pæoniæ enim radix ad epilepſiam legenda decreſcente luna quibuſdam uidetur, & alyſſon ſub æſtu caniculæ uult legi Galenus, ut Aeſchrion cancros fluuiatiles capi contra rabiem, unde eſt herbæ nomen, tanquàm uis quædam illis contra rabiem à ſydere accedat, rabiem canibus afferente. Plantas item calidas ex calidis regionibus, & ex harum editis & ſiccis locis, ut Cretæ montibus, præfert Galenus.



# DE HERBIS.

QVÆ prius in radicibus dicta ſunt de collectione, repoſitione, duratione illarum, ad herbas etiã transferri poſſunt, niſi quòd his ferè recentibus utimur quibuſdam omnino, ut portulaca, lactuca, bugloſſo, atriplice, beta, braßica, acantho, naſturcio, helxine, mercuriali, uiola nigra, intybo, fumaria, hyoſcyamo, mandragora, & alijs permultis. Quibuſdã uerò recentibus utimur, quando his mitioribus opus eſt, ut ruta, mentha, abſinthium, abrotanum. recentes minus calent ob miſtam humiditatem excrementoſam, ſiccatæ uerò calidiores ſentiuntur, & fumaria recens minus aluum ſubducit, magis ſicca.

Colliguntur ferè cum floribus herbæ, aut ſeminibus, ſic benedictus carduus acanthium putatus, centaurium paruum, calaminthe, chamædrys, chamæpitys, daucus, fumaria, maiorana, polium, pulegium, origanum, ſerpillum, thymus, aut ſaltem cum uigent folia magnitudine, odore, colore, præſertim quæ caumini ſunt propiora.

Siccantur in umbra magis, niſi ſi quæ ſcapo ſunt craßiore, aut folio humidiore, & ob id apto putrere. Vbi probè ſunt ſiccatæ, reponuntur uti radices, ſed minus diu ſeruari poſſunt, ob id quotannis mutandæ.

# DE FLORIBVS.

FLores ut plantarũ partes reliquæ legantur, cum maximè uigent, ut capparis in gemma, roſa expandi cœpta, reliqui ferè aperti. Sed haud ita pridem & ex quibus uis nondum exhalauit, ſiccantur ſole magis minus, pro uaria ipſorum natura, quidam ſiccandos uolunt, donec ex ponderibus decem unicum ſuperſit. Reponuntur ut alia, quotannis mutentur, quamuis ſchœnu anthos etiam decennium efficax ſeruari poßit, chamæmelum item diu uegetum eſt, ob fortem partium ſuarum miſtionem. ¶ Flores & omnia quæ iucundum odorem efflant, arculis tiliaceis nullo ſitu obductis reponuntur.

# DE SEMINIBVS.

LEgenda ſunt ſemina, cum ſunt matura, & fructus quibus includuntur maturi. Semina uerò

na uerò quotannis mutare præſtiterit, etiam ſi plæraq; diutius ſeruari poßint. ¶ Vt apte perennent, charta aut folijs apte inuoluantur.

## DE FRVCTIBVS.

FRuctus ut maturi decerpantur neceſſe eſt.

## DE CORTICIBVS.

COrtices ut recondantur eximere conuenit, cum herbæ ſuis folijs exuuntur. ſiccantur etiam expurgatæ inibi, locis aſperginem non rodo lentibus, ſed cũ luto aut puluere ſunt obſitæ, aqua elui debent.

## DE SVCCIS.

XYλὸς, id eſt, ſuccus ex plantis totis, uel plantarum partibus conciſis & tuſis, torculari uel manu, uel aliter expreſſus, aqua interdum aſperſa, aut uino, aut liquore alio, uel recens uſurpatur, uel uaſe, aut loculamento aliquo reponitur, hicq; uel liquidus, uel ſiccus. Liquidus item aut per ſe ſeruatur, ut uinum acetum, aut miſto ſale, ut omphaciũ, oleũ, aut ſuperfuſo phialæ oleo, ut ſuccus roſarũ, granatorum, limonum, cydoniorum, ſambuci, ebuli, et ſimilium, aut ſole, uetuſtateue, aut igni per ſe ſiccatur, ut ſuccus glycyrrhizæ, opꝰ Cyrenaicus, ſcammonium, aut coctione cũ melle, uel ſaccharo adiuſtam craßitiẽ facta ſole uel igni, ut in plurimis ſyrupis audies. Qui uerò ſucci ſine melle (aut Saccharo) reponuntur, plurimum corrumpuntur, niſi igne diutius cocti, aut ſole æſtiuo uſq; ad mediocrem craßitiem ſiccati fuerint. Iidem temporis ſpacio ſicciores euadunt, pluribusq; annis ſeruati, eo ſiccitatis ueniunt, ut balauſticis ſimiliter læuigari poßint (quales ſunt ſuccus hypociſthidis, uuæ acerbæ, glycyrrhizæ, centaurij, & alij propè omnes) qui uerò ex his lentorem quendam natura habent, dilatãtur magis, quàm læuigentur, niſi ſiccioribus multis miſta horum parua portio. Portulacæ, ſemperuiui, cotyledonis, & aliarum ſimiliter glutinoſarum ſuccus, præ lentore nimio per ſe non poteſt exprimi, cum omphacio probè trita herba exprimitur, alij tritas igni lento calfaciunt, alij tritas loco frigido, ut cella uinaria, uimineo uaſi impoſitas in catinũ ſubiectum deſtillare permittunt. χυλὸς etiam



id eſt, ſuccus, ſæpe cum humore aliquo extractus ex partibus plantarum, ut ſemine pſyllij, cydoniorum, lini, fœnigræci, lentorem, aut uelut cremorem & muccorem ſignificat, unde dictum eſt emplaſtrũ διὰ χυλῶν, id eſt, de glutinoſis quibuſdam ſuccis, diuerſum tamen ab eo, quod eſt de muccilaginibus, ut in compoſitis leges. ¶ Liquidis medicaminibus denſior materia argentea, uitrea, aut cornea conuenit. Follis etiam, ſi modo rara non ſit accommodatur, & lignea, præſertim è buxo, ſed ænea uaſa ocularijs medicamentis liquidisq; &c.

## DE LACHRYMIS.

Δάκρυον, id eſt, lachryma ſeu humor ex planta ſponte ſua defluens, ſiue in gummi aqueæ res concreſcat, ſiue in reſinam liqueſcat, oleagina eius ſubſtantia. Arborum partibus præſertim truncis à germinatu inciſis & ſcarificatis etiam reſinas elicimus. Accenſis autem arboribus reſinoſis, ut pinu, picea, larice, terebintho, teda, cedro, ex reſinoſa ſubſtantia igni parum ſiccata fit pix liquida, cui quod ſupernatat, piſſanthum tenui conſiſtentia & facultate eſt aſtringente, ob id caniciem ſine ulla noxa tardat, ut piſſelæum, id eſt, pix liquida cum oleo miſta, Gal. lib. 1. comp. ph. part. Piſſaſphaltus autem eſt Mumia Serapionis. Si pix iterũ coctione ſiccetur, Palimpiſſa dicitur, ſicca adeò ut puluerizari poßit, qualis eſt Græca, etiam Colophonia, & Hiſpana, & Gallica dicta. πίσσα βρύτια, lib. 8. comp. ph. part & Dioſcoridi probatur & Lycia. Eſt etiam Dioſcoridi ex ijſdem arboribus reſina liquida & ſicca. Reſina omnis calfacit, ſiccat, tenuium eſt partium, magis minus.

## DE ANIMALIBVS, & eorum partibus.

SAnguis hirci quadrimi, bene habiti, aliquandiu nutriti uino albo, fœniculo, ſeſeli, lauro, & cæteris calculum frangentibus, Auguſto menſe iugulati, medius effluens (nam primus tenuior, poſtremus craßior putatur) uaſe uitreo receptus, tectus linteo raro, ſole ſiccatus, etiam cum myrrha, folijs lauri, & ſimilibus, calculum potenter frangere dicitur Tralliano, Auicennæ, & cæteris practicis. ¶ Adipem & medullam ſtagneis uaſis recondi conue-

conuenit. ¶ Medulla loco ſicco & edito, & ſeptentrionem ſpectanti reponitur, cum folijs lauri ſiccis, ne putreſcant, aut ſitum ducant, quæ iniuria in locis humidis meridiem ſpectantibus eis accidit. ſunt qui reponant biſariam adipum modo.

# ADVLTERIA SIMPLICIVM Medicamentorum.

ACacia ſucco & carne prunorum agreſtium repræſentatur dolo parū malo, cum utraq; uiribus conueniant.

Aloes craſſæ partes & impuræ lotione ſeparatæ aqua marina & croco Meſuæ adulterantur, ſed croci odor dolum aperit. Alij acacia, alij gummi immiſcendo adulterant, tuncq; minus eſt ad minima friabilis, & odor & ſapor eſt alius.

Ambra puluere ligni aloes, ſtyracis, ladani, ambræ largioris moſcho in aqua roſarum ſoluto. Sed hæc manuum attritu multo ceu cera molleſcit, uera non molleſcit. Platearius.

Amomum planta amomide ſimili, ſed inodora, ex Armenia delata, ſeminis diſsimilitudo uitium detegit.

Aſphaltum, id eſt, bitumen pice miſta Dioſcoridi licet adulterari non poſſe, ut neq; carpobalſamū, neq; xylobalſamum, ſcribit Gal. lib. 1. antid.

Aerugo multis modis adulteratur Dioſcoridi: ſed hodie ſyncerior uidetur, ſi adulteratam ſuſpiceris, notas ex eo repete.

Aeris flos delimata æris ſcobe.

BDellium adulteratur gummi, ſed ita uitiatū minus eſt amarum, & ſuffitu odoratum, Dioſcorid.

Balſamum, id eſt opobalſamum, uitiatur terebinthina pauco opobalſamo miſta, uel ſine hoc, croco orientali & ſucco foliorumm citri, uel oleo nardino. De quo in opobalſamo plura leges.

Bitumen adulteratur pice, ut in Aſphalto dixi.

CAſtorium uariè adulteratur, uitium autem facile deprhendes attentus notis, quas in uero & laudatiore caſtorio diximus, in partibus animalis medicamentoſis.



Coſtus radice prædura Helenij Comagenij, ſed odor Helenij minus uehemens, neq; caput tentans, & ſapor minus acer quàm coſti.

Crocus miſto crocomagmate tunſo, flore cnecū, uel oleo & puluere berſilij, ut uocant, qui fricando dolum detegit, uel ſapæ ſublitu & lithargyro, uel plumbagine ad pondus augendum, utrumq; minus odore uegetum eſt, prætterea hoc eſt puluerulentum. Adulterati quoq; croci color & odor celeriter euaneſcunt, ueri diu permanēt, Gal. 1. antidor.

Caſsia odorata, corticibus capparis & radicis tamaricis miſtis.

Caphura, gummi iuniperi, ſed hoc eſt minus odorum & durius, illa eſt friabilis, & odore ualentiore. Platearius.

Charyophylli uetuſtate exanimati uino puluerem optimorum charyophyllorum habente irrigantur, ſiccantur, foris ſolum charyophyllos olent, & uix ad dies decem, molliores ſunt integris.

Carpobalſamum adulterari ſemine hyperiā ſimili, quod Petra Paleſtinæ oppido affertur, author eſt Dioſc. adulterari tamen non poſſe affirmat Gal. lib. 1. antidor.

EVphorbium lacte hedino, ſarcocollæ, & glutini miſtione conſpurcatur, experientia ueri eſt difficilis, nam euphorbium leui guſtu os diu accendit, ita ut omnia guſtata euphorbium reſipiant. Idem iniectum igni odorem edit faſtidiendum. Dioſ.

Ebur uſtum (quod cur ſpodium uocet uulgus non uideo) oſsibus canis uſtis uel albo marmore uſto, id uero grauitate proditur, illud forma oſſis, & linearum deſiderio.

GAlbanum mutatur reſina, farina fabarum excorticatarum, hammoniaco, Dioſcorid. ex cuius notis ſyncerum deprehendes.

Galanga acris cypero europeo inſipido, uel ſelſo, uel biſtortæ (ut uocant) radice auſtera, ſi uero dictæ radices aceto puluerem ueræ galangæ & piperis habente biduo macerentur, foris ſolum galangam referunt. Platearius.

LAdanum ſtercore caprino & puluere nigro, id autem tractando non molleſcit, ſed in puluerem abit modo ladani uetuſtate exucti. Viribus præterea & odore ladani caret, quod ſic uitiatum eſt.

Laſer omne antequàm ſicceſcat adulteratur ſagapeno,

gapeno, aut fabæ lomento, ſed maleficium depre-hendit ur colore, odore, ſapore, dilutione. Dioſc.

Licium quibuſdam amurca, ſucco abſinthij, felle tauri, ſed id à uiribus ſynceri multum receßit.

Lemniam terram ſic adulterant, ut nemo ueram à falſa poßit ſecernere, ſic & Lycium Indicum, et plurima alia, ut uerorum notæ à falſorum notis non exactè diſcerni poßint.

Liguſtici ſemen adulteratur ſemine quodam ſimili, quod facilè guſtu diſcernitur, amarum enim eſt, alij ſemen fœniculi aut ſeſeleos admiſcentes liguſticum dolo uiciant.

Lentiſcina reſina, id eſt, maſtiche thuris & reſinæ pineæ nucis miſtura.

Moſchus pellicalis inciſis puluere carnis columbinæ ſiccatæ, ſanguine hœdino, pane aſſo. Si eius certum pondus pelui madenti impoſitum aliquandiu fit grauius, eſt legitimum, ſi priſtinum pondus ſeruat, ſuppoſititium.

Manna arabum ſaccharo & folliculis ſennæ.

Myrrha adulteratur gummi macerato in aqua, in qua myrrha maduerit, Dioſc.

Nardus adulteratur ſtimmi, ſeu ſtibio cum aqua aut palmeo uino inſpiſſationis ponderisq; cauſa inſpirato.

Nardus Celtica adulteratur impoſita herba ſimili, quæ hircułus ab odoris grauitate uocatur, ſed herba candidior ſine cauliculo, minoribus folijs, radice nec amara nec odorata, uti uera nardus eſt.

Opi omnes adulterantur addito ſagapeno, antequàm inareſcant, colore, odore, ſapore dolus deprehenditur, & quia cum aqua uel ſaliua non mox ſoluuntur adulterata, adulterantur etiam furfure & farina præcipuè καυλίας, id eſt, qui ex caule defluit, quia dilutior, ῥιζίας uero, id eſt, qui ex radice perlucidior & purior. Quamuis enim radice inciſa aut caule quod effluit craſſum et lentum ὀπὸς, id eſt, liquor dicitur, lib. 8. ſimpl.

Opium, ſemine lactucæ agreſtis.

Opopanax, hammoniaco aut cera, tunc in aqua ſi digitis teratur, non ſoluitur, nec lateſcit uti ſyncærum, Dioſc.

Os ex corde cerui cartilaginoſum, ſimili ex maiorum animalium corde.

Opobalſamum tam uarie adulterant & aſtute, ut eius adulteria etiam exercitatißimos fallant. Hæc uero adulteria inuulganda nõ cenſeo, ne ma



ligni etiam uitient à nobis edocti. Vitiatur miſto unguento terebinthimo, lentiſcino, Cyprino, balanino, ſuſino, metopio, melle, uel Cypria cera liquida, ſed maleficium facile deprehenditur. Nam uerus liquor in ueſtem laneam fuſus maculam non facit, & poſt lotionem notam non relinquit, cum uitiatus inhæreat. adhæc merus, lac ſi inſtillatur coagulat, & in aqua aut lacte celerrime liquatur, & colore lacteſcit. Alias quaſdam notas apud eundem & Simeonem ſi libet legeris potius, quàm apud barbaros hoc ſeculo adhuc legi ſolitos, profunda hominum ignorantia, et magno mortalium incommodo.

Piper longum fraudulenter præparatum, eſt herba quædam flaua, quæ à Xene affertur, aſpectu quidem, non autem guſtu macropiperi ſimilis, hæc autem aqua irrigata ſoluitur, natiuum macropiper inſolubile permanet, Gal. lib. 1. antidotorum. Piper longum uerum ex Barbaria affertur, adulteratum uero duplex eſt, alterum, quod in Alexandria maximè conficitur, alterum herbæ cuiuſdam germen Quod facticium eſt, ſi per diem totum in humore maceretur, illico liquatur ac ſoluitur, lib. 4. ſanit. tuend. Illud fortè ex maza ſubacta aqua, in qua diſſolutum aut maceratum ſit piper, & in formas effictas, coniecta poſt ſiccata. Vidi etiam adulteratum ex germine & uelut nucamento betulæ & coryli.

Paſtilli theriaci ex radice pentaphylli, id eſt, tormentillæ, Venetijs malè componuntur, non ex uiperarum carne, Hermolaus in Coroll. Muſa.

Phu radice ruſci admiſta uitiatur, ſed maleficium facilè deprehenditur, quia hæc dura eſt, frangi contumax, & ſine ulla odoris gratia.

Pompholyx taurino glutine, ouillo uel marino pulmone, aut großis uel quibuſdam alijs crematis.

Pentapetalon, Pentaphyllon, Polium nihil ſimile habent in plantis, ob id non adulterantur.

Rha Ponticum, radice centaurij magni.

Rha barbarum examinatur maceratum aqua diebus quinq;, poſtea ſiccatum idem minus in crocum tingit, intus nigricat, uarietatem in fracturis amiſit, denſius eſt, aſtringit magis, ex aqua uero illa ſiccata trochiſci fiunt regibus.

Ῥᾶον cum uiget ac integrum eſt, ualenter aſtringit, denſum eſt ac contractum tota ſubſtantia, tamen celeriter perforatur. Incolæ regionis in qua gignitur, coctione uires eius in aquam trahunt, deinde

rheum ſiccatum tanquàm integrum ſit, nec coctum transſmittunt, ſed id rarius eſt & laxius integro, nullam aut minimã aſtrictionem retinens. Quantum alijs notis rheon à rhabarbaro differat, alibi diximus.

Sagapenum ſucco laſaris & galbano Dioſc. id non eliqueſcit, ſed uerum uino uel aqua affuſa ſtatim diſſoluitur, Gal. lib. 1. antid.

Sarcocolla pulueriзata eſt ſuſpecta adulterij, Dioſc. à quouis puluere miſto, integra eligatur.

Styrax modis multis Dioſcoridi adulteratur, ſed dolus facilè deprehenditur notis ab eo dictis.

Santala lignis alijs, rubrum berſilio inodoro, flauum & album ligno cedrino odoratiore linguam calfaciente.

Scammonium lacte tithymalli & ſarcocolla, uel erui farina, tunc linguam minus ualenter pungit & mordet.

Saccharum intus fœculentum aut ſpuma ſucci cannæ eius auctum, tunc in ore uaneſcit, & fractum nigricat.

Turbith, gummi diſſoluto quibuſdam radicibus extremis illito, uerũ autem ſi frangitur, gummoſum eſt intus.

Tamar Indi prunis adulterati non ſplendent, humidiores ſunt, ſapore & nucleo prunorum, multum à ſemine Tamar Indorum diuerſo.

Thus pini reſina & gummi, ſuffitum autem gummi flammam non edit, reſina autem in fumum uaneſcit, thus ſtatim ardet, odore etiam maleficium proditur.

Thuris cortex pini aut nucis pineæ corticæ horum tamen index, lignis, nam reliqui cortices ſuffiti quanquàm incenduntur, ſine odore fumant. Thuris uero cortex ardet, & odorum fumum edit.

Thuris manna adulteratur eribrata pini reſina, aut polline aut corticæ thuris contuſo, ſed hæc igne deprehenduntur.

Hæc abundè fuerint ei, præſertim qui ueras ſimplicium ſincerorum notas ex libro primo accuratè didicerit. Nam cum rectum ſui et obliqui ſit index, ut initio huius docuimus, & in uno quoq; rerum genere quod perfectiſſimum eſt, idem ſit ſimplex ac unicum. Id ſi cognoueris, alia ei congeneria aut etiam arte affinia nullo negotio ſecreueris.



# SIMPLICIS ALICVIUS ABſolute ſcripto, quid accipiendũ.

IAm tradamus ſimplicis alicuius nomine ſcripto abſolutè & ſine determinatione ſexus, coloris, magnitudinis, figuræ, loci, temporis, uel notarum probitatis aliarum, uel partis eius ſimplicis, radicum, foliorum, florum, ſeminũ, &c. quodnam ſit eligendum, nam pro uarijs ſcopis uaria, ſed in ſcopos efficaciora deligimus. Quam in rem te iuuabit noſtra ſimplicium per locos communes deſcriptio. Quæ enim radicibus ſolis ſunt efficaces plantæ, illarum nomine, radices ueniunt, quæ folijs, floribus, fructibus, ſeminibus, corticæ, ligno, liquore, ſucco, gummi, ſunt utiles ac medicamentoſæ magis, dum plantæ nomen effertur, partem eius uſurpari ſolitam elige, quum uero pluribus ſuis partibus ad res etiam uarias ualent, quibus ſit opus, coniecta ex partium illarum facultate & affectus natura, & medicamenti conſtituendi forma, ut ammi, aniſum, apium, carum, cnicus, cuminum, gith, libyſticum, naſturcium, pſillium, ſeſeli, ſtaphis agria, ſemine ſunt præſtantiora, idq; ſolum illarum nomine intelligendum, in alijs multis ſimiliter.

Aniſum Cretenſe lib. 4. ſanit. tuend.

Hagnus, id eſt, flos eius aut ſemen, licet folia etiam ſint utilia.

Agaricus, albus & fœmineus.

Aloe, id eſt, ſuccus eius, aloe Indica lib. 9. ſimplicium in diphryge.

Alumen, ſcilicet ſciſſile, quia præſtantiſſimum li. comp. pharm. gen. primo.

Acetum, ex uino non hydromelite uel cereuiſia.

Ariſtolochia pro re propoſita explicanda eſt, rotunda enim cum multum tenuare craſſum humorem tergere ulcera, digerere ex utero, longa autem cum mitiora hæc uolumus. Clematitis autem quia fragrantior in unguentis expetitur.

Amomum, Scythicum lib. 8. comp. ph. part.

Ammi Illyricum lib. 9. eiuſdem Aegyptium alij laudant.

Balſamum, opobalſamum potius intelligendum quàm carpobalſamum aut xylobalſamum, lib. 2. comp. pharm. part.

Bryo-

Bryonia alba, quia efficacior quàm nigra.

Bugloſſum utrunq; folijs & flore efficacius, radice tamen non inutile.

Caſia uel caßia in libris Græcorum. Caſia ſyrinx optima, & cinnamomo uiribus & toto habitu finitima. In libris Arabum eadem lignea dicitur, altera uerò fiſtula his dicta ponitur, cum medicamentum eſt purgatorium.

Cardamomum, maius.

Capparis, cortex radicis.

Centaurium, minus in purgantibus medicamentis, in cæteris maius dictum à facultate multiplici & efficaciore.

Calaminthe, montana, quia efficacior quàm domeſtica.

Coſtus, amarus, cum ſubamarus & ualde acer ſolum nominetur, dulcem tamen neſcio quem Arabes inuexerunt.

Cypreſſus, id eſt, nuces eius in aſtringentibus medicamentis, lignum aut folia in diureticis.

Cinnamomum, optimum, de quo in ſimplicibus abunde.

Corallium, rubrum.

Cuminum, Aethiopicum, lib. 4. ſanit. tuend.

Daucus, agreſtis, nam ſatiuus paſtinaca eſt alimentum uerius quàm medicamentum.

Elleborus, niger Meſuæ, quia ſalubrior, albus Galeno, Aph. 1. lib. 5. Obſerua igitur, an compoſitio ſit Arabica aut Græca. Elleborus uterq; & helenium ex locis æditis præſtant.

Eruca ſylueſtris, quia efficacior hortenſi.

Epithymum, Atticum, melancholiam ex uentriculo purgat, id in Græcis compoſitionibus uſurpandum, in Arabicis Arabicum.

Fœniculus, ſemen, ſed in collyrijs ſuccus foliorum aut radicum.

Galla, ſolida efficacior quàm perforata.

Gummi, Arabicum, id enim omnium perfectißimum uel Plinio authore.

Gluten, maſtiche, cæteris glutinis efficacior, ut uitrũ etiã glutinet, quibuſdã intelligitur, alijs ichthiocolla, alijs taurocolla magis placet glutinis nomine.

Hyſſopus montanus hortenſi melior, ut calaminthe montana efficacior domeſtica. Hyſſopum Ciliciũ Dioſc. Creticũ uerò Archigenes, apud Gal. lib. 8. comp. pharm. part.

Hyoſcyamus, albus, ſeu album eius ſemen, quod



tamen interdum exprimitur, frequentius tacetur.

Iris, radix ireos Illyricæ ueteribus, nunc pharmacopolarum ignauia Florentina uſurpatur, cum illa per Venetos facilè haberi queat.

Lupinus amarus, nam dulcis eſculentus eſt, ut ille amaritudine per macerationem in aqua depoſita.

Lactuca, ſemen, præterquàm in uictus ratione, ubi herba potius intelligitur.

Lapathum, oxylapathum efficacius rotundo.

Lithargyros, auri, tamen lithargyros chryſitis aliquoties in lib. comp. ph. Gal. legitur.

Maſtiche, Chia lib. 7. meth. & alibi paßim. Aegyptiam tamen ac recentem ob id pinguißimam laudat lib. 2. ad Glaucon.

Marrubium, album præſtantius nigro.

Mel, apum, alterum aeromeli ſeu mel aerium & roſidum.

Margaritæ, ſolidæ meliores perforatis, niſi etiam ſint flauæ, obſcuræ, ſolidis pares.

Medulla ſi non additur cuius animalis, & ualens futurum eſt medicamentum, ceruina miſcenda ualentior quàm uitulina, lib. 6. comp. ph. part.

Nuclei, pini, oliuæ, dactyli autem Auicennæ.

Oleum, oliuum ex oliuis expreſſum.

Opium, Thebaicum Galen. lib. 7. ſimpl. & poſt eum omnes.

Petroſelinum, Macedonicum, & in hoc Aſtreoticum, & huius ſemen maximè in uſu eſt lib. 8. comp. ph. part.

Pruna, ſi aluus deijcienda eſt, Damaſcena, & Hiſpana ſeu Iberica, hodie Auguſtana & Cathalaunica Italis dicta, ſunt multo præſtantiora, uel ſi qua his ſimiliter ſunt pinguia, dulcia, ſi ad cohibendum & aſtringendum ſit medicamentum, Damaſcena immatura, uel potius quæ Iorana nobis dicuntur. S. Iuliani & Turonica.

Papauer, album ſemen.

Piper, album, quia acrius, & linguã magis pungit quàm nigrum, à quo per aduſtionem uis exhalauit, Gal. lib. 8. ſimpl. ſed album id maturum intellige. Nam album ex macropipere in racemum granatim dehiſcente, recens factum, minus eſt acre, & macropiperi facultate proximum, quale apud Serapionem eſt accipiendum.

Pix, liquida in ſuppurantibus & tergentibus, ſicca, in ſiccantibus, unguentis epuloticis et glutinantibus, Gal. lib. 7. ſimpl.

Pæonia,mas ſeu eius radix,uel ſemen, Manardus ætatis noſtræ medicus longè doctiſsimus in epiſtolis.

Polypodium,quernum uulgo uſurpatur, mura le & à ſaxis prætulerim cum Narbonenſibus qui buſdam,quod frequentiſsimum, & pro querno om nes uenditant, niſi ſi quando aſtrictione opus eſt, qua ratione hederam quoq; quernam nonnullis expeti audio.

Quatuor emollientia,malua, althæa,uiola nigra,acanthus.

Quatuor ſemina
- Frigida
  - Maiora,melonum, cucumeris,cucurbitæ,citruli.
  - Minora, lactucæ, portulacæ,intybi,cichorij.
- Calida
  - Maiora,cumini,carui, aniſi,fœniculi.
  - Minora,apij,dauci,ameos, amomi.

Quinq; radices urticæ,apij,petroſelini,aſparagi, graminis,ruſci.

Reſinarum, primas non iniuria meruit lentiſcina,id eſt,maſtiche,inter alias uerò præfertur terebinthina,quia melior quàm colophonia, & phrycta dicta,aut illius loco ponitur larix dicta, terebin thinæ propè ſimilis,Gal.lib.1.comp. ph. gener.recentioribus uero pinea intelligitur.

Ruta,folia rutæ agreſtis, Græcis uero folia rutæ domeſticæ.Illam uero & illius ſemen, moly uel beſanum,uel beſaſa, uel cum Syris, apud quos naſcitur Hermola ferè uocant.

Roſa,rubra recens in purgantibus,ſicca in aſtrin gentibus.

Rhaphanus,ſylueſtris.

Roſmaris,folia,interdum flos, quem neſcio cur hodie uulgus ἄνθος,id eſt, florē abſolutè appellet.

Rhus cortex fructus ſumach dicti.

Stœchas Stœchados Arabicæ flos.

Styrax,calaminthes, nam liquidus uulgò dictus eſt myrrha ſtacte,ſi uerus ſit.

Santalum,flauum.

Spica,nardi Indicæ.

Sulfur, ἄπυρον,id eſt,ignem non expertum ſeu niuum eſt nobiliſsimum, ad quædam extinctum cu nobis familiarius præfertur.

χοῖνος, id eſt,iuncus,pro ſcœnu anthos.

Tres flores cordiales,uiolarū, bugloſsi utriuſq;.



Thymum,Atticum aut ex æditis locis & ſiccis, lib.4.ſanit. tuendæ.

Viola, nigra ſeu purpurea, uulgò Martia & quadrageſimalis,quòd in ea tempora flos ferè inũdat, & eadem recens ſi haberi poteſt, nam ſicca inefficax.

Zizipha,id eſt,iuiubæ recentia & bene matura,aut ſaltem integra,non putria aut uetuſtate exucca,quod illis poſt ſextum menſem ferè accidit.

Sic quæ ſingula in ſingulis regionibus ſunt præſtantiſsima & laudatiſsima.

Alumen Mileſium.

Agaricus Ponticus Andromach. iuniori in theriaca.

Myſi Cyprium

Nitrum Berenicium

Sinon Syriacus

Cuminum Hiſpanum, alibi Aethiopicum, melius Aegyptio.

Aniſum & Thymum & alia plurima Cretica, lib. 4. ſanit. tuend. in diatrion piper,& diacala.

Meon Hiſpanum & Macedonicum.

Ariſtolochia Pontica, & hæc melior Cretica, lib. 10. comp. ph. part.

Phu Ponticum, Caſtorium Ponticum.

Daucus Creticus,ſemine & radice bonus,cæteri ſolo ſemine.

In Dicæarchia quæ nunc uocatur Puteoli,ærugo, ceruſſa,æs,ſquama æris,& alia nonnulla. Romæ argenti ſpuma fit optima, ex Sicilia item, magna Libya & Creta quotannis multa præſtantiſsima Ro mam afferebantur.

# QVID PRO QVO.

Aντιβαλλόμενα, hoc eſt, ſimplicia, quæ aliorum facultate ſimilium penuria ſupponi poſſunt Medici cōſilio. Quæ nomine Galeni circunferuntur,& à Paulo ad uerbum propè citan tur, Galeni non eſſe hinc liquet, quòd ſtatim ipſo initio Galenum citat. Adhæc anacardij fructus men tionem facit, qui Galeno ignoratus fuit. Poſtremò multa

multa ſupponit abſurdiſſima, ut loco Agarici, Euphorbiū: pro Serpyllo, Potamogitona: uice Gallæ, ſordes gymnaſiorum: in locum Polypodij, radix Chamælææ aut chamæleontis pro Polythrico, Abſinthium, & alia eius generis plurima uiribus diſſimilia. Tamen quæ recipienda magis ſunt, tum indidem, tum ex Galeni libris, tum etiam ex Arabibus utcunque proferemus, ut pro

Aqua pluuia, ſupponi poteſt aqua fontana pura, & ab omni miſtione ſyncera, Galenus lib. primo comp. pharm. partium in diacodio.

Acacia, ſuccus & caro prunorum agreſtium, uel hypociſthis, Auic. 2 canon.

Aſaro, acori par pondus & dimidium. Carpeſium quoq; pro aſaro & cū aſaro, lib. 2 c. ph. p.

Abſinthio, cum Gal. abrotanum: & contrà pro abrotano abſinthium.

Acanthij ſemine, lychnis, & contrà, ἀντιβαλλομένων author.

Acantha Arabica ſeu Ægyptia herba (quæ ſucaha Serapioni dicitur) acantha leuce noſtras, eidē dicta bedegar.

Alicacabo, ſemen ſolani.

Aſpalto, pix liquida, brutia.

Aethiopicæ oleæ lachryma, lachrymarum acaciæ partes duæ, ſeu pro gummi elemmi gummi Arabicum.

Acoro ad flatus & hepar ac lienem iuuandū, cumini par pōdus, & tertia pars ariſtolochiæ Auic.

Anchuſa, hyacinthus.

Arſenico, ſandaracha.

Amylo, ſicca farina.

Amygdalis amaris, abſinthium.

Ariſtolochia quauis, una ex tribus ariſtolochijs, quancumq; habueris, Gal. lib. 3. comp. ph. part.

Adipe uulpis, urſinus.

Adipe ceruino, anſerinus.

Alumine, ſal foſſitius.

Pro Balauſtio, malicorium.

Bucinis, oſtrea uſta.

Balſami liquore, myrrha ſtacte.

Pro Cinnamomo, caſiæ aut amomi duplum ad odoris gratiam Gal. lib. 5. comp. ph. part. in dentifricio. Pro cinnamomo, duplum optimæ caſiæ, uel cum Quinto Medico duplum uel multum carpeſij, uel certè non paucior caſia, Gal. lib. 2. 3. & 5. comp. ph. p. & lib. antid. Quidam carentes cinnamomo in uicem eius ponunt æquale pondus ex ſemine cardamomi, Damocrates in Cyphi lib. 2. antidotorum Gal.



Caſia, cinnamomum, Gal. lib. 2. comp. ph. p.

Caſiæ corticæ, nardus indica uel malobathri folium, uel contrà, lib. 6. comp. ph. part.

Chamæmeli floribus, duplum foliorum et radicū.

Coſto hodie rariſſimo, pyrethri dimidium, uel baccæ cedri uel radix helenij, uel ireos.

Cimolia terra ex Cimolo una cycladum, retrimentum ferri & molæ ſimul attritorum.

Struthio, in ſternutamentis elleborus albus.

Cardamomo maiore, minus, & contrà.

Calaminthe omnis, mentaſtrum, pulegium ſimilia ſunt facultatibus, ob id inuicē ſunt antiballomena

Pro croco, crocomagma.

Cypero, iuniperus maior.

Cumino, ſemen rutæ uel agni.

Clinopodio, heliotropium.

Colocynthide, ſemen ricini.

Capparis radicis corticæ, cortex radicis tamaricis uel ericæ.

Cicutæ ſemine, coriandrum.

Pro Dictamno, eleliſphacus uel nepitha.

Doronico, dimidium ſeu duæ tertiæ charyophyllorum, Auic.

Damaſonio, eryngium.

Pro Elaterio, ſuccus foliorum cucumeris agreſtis.

Ebeno, lignum Gaiaci, & contrà. Nam quas uires hodie in ligno Gaiaci experimur, ebeno tribuit Galenus lib. 6. ſimpl.

Eupatorio Meſuæ, abſinthij & aſari ana dimidiū pōdus eius, ut ambo ſimul miſta æquent pōdus. eupatorij Meſuæ, ab eupatorio Græcorū diuerſi.

Pro Folio, folium charyophylli, nardus Indica ſi inuenitur, caſſia, id eſt, uulgare cinnamomum, macis, Auicenna 2. canone.

Ferrum, ferrugo, ſquama ferri idem propè pollent, & pro ſe mutuò ponuntur.

Fimo palumbis, fimus columbæ.

Felle ſuillo, uel perdicis, uel piſcium.

Pro Gentiana, aſari & radicis capparis ana dimidium.

Gongilide, heliotropium.

Glycyrrhizæ ſucco, æquale radicis eius, Androm. in arteriace 15. apud Gal. lib. 7. comp. ph. part.

Gnidio cocco, ſemen lathyridis, & contrà.

Galbano, ſagapenum.

Pro Hammoniaco, propolis.

Hermodactylo, in doloribus iuncturarum folia anchuſæ & dimidium bdellij.

Hederæ gummi, gummi perſicū.

Hyacintho, flos Iſatidis.

Pro Iride Illyrica, helenium odoratum.

Pro Lapide aſio, lapis gagates.

Pro lapide Magnete, lapis Phrygius.

Lapide Phrygio, pyrites lapis uel argyrites.

Lybiſtico, ſemen ſtaphilini, id eſt, paſtinacæ, præſertim agreſtis.

Lepore marino, cancer fluuiatilis.

Lanariæ radice, radix ueratri nigri.

Lycio, ſuccus radicis centaurij magni, lib. 7. ſimpl. alijs ſuccus baccarum periclymeni, author libelli Dynameôn, Galeno malè adſcripti.

Pro Melle, mel aerium uel ſaccharum.

Malabathro, caſia, uel nardus Indica.

Myrrha troglodytica, calamus odoratus. Myrrha, Smyrinum. & contrà, Dioſ. in Smyrnio.

Pro naſturcij ſemine, folia eius ſicca.

Nuce muſcata, par ſpica.

Nardo Syriaca, iuncus odoratus.

Pro opopanace, hammoniacum, uel galbanum, uel ſagapenum, uel bdellium, lib. 2. ad Glauconem in curando ſcirrho.

Ozimo charyophyllato, meliſſa in affectibus cordis.

Oleo laurino, pix liquida, licet illo inferior, uel oleum cedrinum, uel cicinum, uel uetus, uel oleum ex lucerna cum Hera, Gal. lib. 1. comp. ph. part. uel coctum (ſic enim tenuius fit, & ueteri ac cicino ſimile, uel ſordes lucernarum luti craſſitie. Ibidem.

Oleo roſato, uiolatum, nymphææ, amygdalinū autem loco raſacei boni, id eſt, ex multis roſis cum oleo omphacino inſulſo facti, lib. 3. c. ph. p. initio.

Oleo ricinino ſeu cicino, rhaphaninum.

Opobalſamo, opocarpaſum Gal. uel myrrha ſtacte, uel liquor myrti.

Oriza, hordei farina.

Oeſypo, medulla ceruina.

Omphacio, ſuccus rhois, uel uinum auſterum.

Pro Pipere longa, album, pro albo, nigrum optimum, id eſt, grauiſſimum, & contrà, 4. ſan. tuend.

Periclymeni fructus drachmis tribus, radicis eiuſdem drachmæ tres. lib. 9. c. ph. p.

Phœnicobalanorum pinguium carnis drachmis tribus, palmulæ ſeu dactyli tres, aut ſex, Gal. lib. 7. comp. ph. part. in arteriace 15. Andromachi.

Pſyllo, lens paluſtris.

Petroſelino Macedonco in theriaca, alterius regionis petroſelinum, Gal. lib. 1. antid.

Pro reſina phrycta, pix, aut pix brutia, Gal. lib. 9. comp. ph. part.

Rubigine, ſcoria ferri.

Rhaphani ſeminis drachmis decem, ſucci eiuſdē cyathus unus, Gal. lib. 9. comp. ph. part.

Roſis, flos roſarum, uel contrà, Gal. lib. 6. comp. phar. part.

Rhoe coriario, rhus obſoniorum, & contrà, Gal. lib. 6. comp. phar. part.

Pro Staphide agria, pyrethrum.

Spodio Græcorum, cinis ſuper fornacem aurariam inuentus melior quā ebur uſtum, quod neſcio cur hodie Barbari ſpodium uocent.

Styrace, caſtorium.

Sale Indo, ſaccharum candefactum.

Sagapeno, gummi cedri, hammoniacum, reſina picea ſicca.

Spuma nitri, nitrum molle, uel aphronitrum, Gal. lib. 1. comp. ph. part.

Sulfure uiuo, flauum uel uſtum & purgatum.

Satyrio, ſemen erucæ, uel ſcincus, uel contrà.

Sinapi, cardamomum uel cardamum.

Scammonio, ricinus.

Stibio contuſo, ſquama æris, ſtannum uſtum.

Sepiæ oſſe, pumex.

Serapiade, pæoniæ radix.

Scilla, bulbus.

Pro Terebinthina, larix dicta reſina, ei propemodum ſimilis, Gal. lib. 1. comp. ph. gen.

Thapſiæ ſucco, chamæleontis nigri ſuccus, uel naſturcium, uel naſturcij aut erucæ ſeminis pondus æquale, licet illa ſint multò inferiora thapſia, Gal. lib. 1. comp. ph. part.

Tamaricis ſucco, ſuccus ſambuci, Gal. lib. 9. comp. ph. part.

Pro Veratro albo, nigrum.

Viſco querno, chamæleon niger.

Vino falerno, aliud quoduis colore fuluum ſubſtantia tenue, ut perluceat, & ſit odorum uehementer, ut Ariuſium ex Chio, Lesbium ex Mitylene, Creſſo, Methymna et Tmolites, Gal. li. 1. c. ph. ge.

Pro

Pro Zedoaria, ariſtolochia. Zingibere, pyrethrum.

Ἀντιβαλλόμενα, uel horum aliqua uel alia poteſt quæuis regio noua deſideratis facultate affinia facere doctorum medicorum conſilio: nam ſi Arabibus & Græcis pro ſinapi cardamomū fortè ipſis frequentius licet ſubſtituere, quidni pro cardamomo frequentiſsimum nobis ſinapi uſurpabimus? præſertim cū ut pro cinamomo caſiam, ſic contrà pro caſia cinamomum aſſumi probauimus: idemq; in alijs faciendum puto. Ob id Galenus libro 7. ſimplicium, meliſſophyllum (inquit) marrubio facultate ſimile, ſed ipſo multò imbecillius, ob id meliſſophyllo utitur nemo. Nam abſurdum fuerit, præſente ubiq; terrarum magno marrubij prouentu, uti meliſſophyllo. Si cui uerò ad manum non fuerit marrubiū, meliſſophyllo uti poterit, obſeruata eius præ illo imbecillitate, ut ob id quantitas eius augeatur: hæc Galen. qua ratione pro cinamomo duplum caſiæ optime miſcemus medicamentis, ut quantitate qualitatis imbecillitatem redimamus.

Quæ igitur apud ſingulas gentes ſunt copioſa, modò ſint facultate proxima his quæ deſiderantur: quia faciliora ſunt paratu ponantur, ut in Aſia in frigidis capitis affectibus, aut in declinatione calido-



rum ruſticà cedrio dicto utuntur: eius penuria piſſelæo, ideſt, picæ & oleo miſtis liquida forma: interdū etiam cedrio & piſſelæo ſimul magis & minus miſtis, prout uires eius intendere ſtudent: hoc autem linunt ſinaput, nares, frontem, aures, & quibuſdā plantam & ſedem, Gal. lib. 2. comp. ph. p.

Sed uidemur antiballomenis non egere, qui magna cura iam ſimplicia generis omnis in promptu habeamus, imò maximè egemus, cùm multa ſimplicia ueteribus laudatiſsima (ut Theriaces compoſitio docebit) hodie nobis parum ſint cognita. Quæ ubi certa erunt, his utendum potius quàm antiballomenis. Vt enim pluris eſt equo domini oculus quàm equiſonis induſtria. pluris agro domini ueſtigium, quàm uilici ſtercorizatio. pluris familiæ paterfamilias, quàm procurator. pluris prætor, conſul, rex, paſtor, quàm proprætor, proconſul, prorex, mercenarius, ſic plus tribuendum puto his, quæ maiores magno delectu & ratione optima in compoſitiones cooptauerunt quàm quæ illorum loco coacti adoptamus. Hæc hactenus ex Iacobo Syluio.

# QVALEM VIRVM PHARMACOPOLAM ESSE conueniat.

MAgnum præſidium, humanæ imbecillitati in Medicina ſitum eſt, ut Homerus omnium poetarum prę ſtantiſsimus, Medicum non ſine cauſa πολλῶν ἀντάξιον ἄλλων pronunciaſſe uideatur. Verum huius laudis, ut nunc quidem medicina adminiſtratur, non exiguam partem Pharmacopola ſibi uendicat, cum ſit Medici, quaſi dextera manus, periclitetúrq; ipſius culpa ſæpe, non ſolum ægri ualetudo, uerum etiam Medici, quantumuis præſtantis fama & exiſtimatio. Quum ea, quæ Medicus recte præſcribit, parum dextre exequitur, aut materia utitur exoleta, aut adulterata. Inde enim frequenter accidit, ut æger uel non iuuetur omnino, uel quod multo peius eſt, etiam lædatur. Medicus autem, præterquam quod pro imperito habetur, etiam in errorem ducitur, dum ſe aut de morbo non recte iudicaſſe, aut non debitam medicinam adminiſtraſſe ſuſpicatur. Quare non temere quemlibet ad huius muneris functionem admittere deberent, qui ad gubernacula rerum publicarum ſedent. Verum illi ut uolent, ſuo fungantur officio, nos idoneum Pharmacopolā paucis delineabimus, ut ineptos & improbos à functione tam periculoſa ſubmoueamus, idoneos aūt ad hoc munus capeſſendum alacriores reddamus.

Principio, Latinæ linguæ non uulgariter tantum, ſed ad mundiciē & proprietatem uſq; peritum eſſe oportet, ut ea quæ eruditi Medici, uel in genere, uel in ſpecie ipſi præſcribunt, recte & exacte intelligere poſsit. Neq; confidat ſe ſatis inſtructū eſſe, ſi ſemel uulgarem quandam uiam functionis ſuæ, quaſi artificium manuariū perdidicerit Nam cum multa quotidie noua conficiendarum medicinarum ingenia inueniantur, multa etiam ueterum, obliuione ſepulta, iterum in lucem eruantur, noua illi itidem quotidie diſcenda erunt, neq; ſemper habere poterit aliquem, qui ea ipſi quaſi per manus tradat, & ad oculum demonſtret, ex eruditorum uirorum deſcriptionibus ea ut diſcat neceſſe eſt. Quare ſi Latinę linguæ probe peritus non fuerit, fructu nouorum ingeniorum, aut omnino, aut magna ex parte expers manebit.

Deinde opus eſt illi etiam cognitione rerum minime uulgari, aut protrita, earum præſertim, quæ proprie ad functionem eius pertinent, cuiuſmodi ſunt ſimplicia omnia, quorum deſcriptiones ex præſtantiſsimis authoribus petitas, ad res ipſas conferre debet, donec exactam illorum cognitionem hauriat, & prorſus imbibat. Cognita uero, uiſu, guſtu, olfactu, tactu, & alijs debitis modis ſæpe ac diligenter examinet, non ſolum ut falſa à ueris & adulterata à ſinceris, Verum etiam ut præſtantiſsima à mediocribus, & mediocria à degeneribus diſcernere conſueſcat.

Eſt & alia cauſa, cur tam diligenti examine opus ſit, quædam enim alioqui grata, & ſalubria, ob inſignē tamen acrimoniam, in uaſculis æreis decocta, aut inſtrumentis ferreis diu tractata, tam tetrum ac horribile uirus inde contrahūt, ut guſtu

fiant

fiant abominanda, & quamuis ualenti, uentriculo intolerabilia. Quare hoc quoq; ſcire debet, quo genere uaſculorum, & inſtrumentorum, unaquæq; medicina, ſit coquenda, tractanda, & conſeruanda.

Hanc curam, alia quaſi huic connexa ſequitur, ſcilicet, ut herbas, flores, fructus ſemina, radices, debito tempore colligat, & rite reponat, ne uel parũ efficacia ſint, uel putreſcant, aut minus areſacta, uirtutem omnem amittant.

Habeat etiam ædes ſalubri loco ſitas, ac uarijs reponendis conſeruandiſq; accommodas, nonnulla enim humido, pleraq; calido, quædam ſicco, quædam etiam frigido loco rectius conſeruantur, quam uarietatem non quælibet domus præſtare poteſt.

Diuitiæ quoq; ſaltem mediocres, adeſſe oportet, in primis autem animus liberalis, ab auaritia ſordibuſq; alienus. Diuitiæ enim hoc præſtare poterunt, ut commode habitet, et Medicinas quæ emendæ ſunt, ſuo tẽpore, quàm optimas, coemat. Animus autem liberalis, minimeq; auarus, cauebit, ne compendij, aut lucri ſui cauſa, deteriores uili precio libentius, quàm præſtantiſsimas paulo largiore, cõparet.

Iam ſimplicibus medicinis omnibus diligenter collectis, coemptis, & repoſitis, ſuccedit induſtria compoſitarum rite diſpenſandarum, ubi eum in primis uigilantem & circumſpectum eſſe oportet. Nec temere confidet ingenio ſuo, in ſuccedaneis eligendis, ſed peritum medicum conſulet. Quem etiam omnino, in conficiendis Opiatis, & ſimilibus præſtantibus ac magni momenti medicinis, ut præceptorem & iudicem adhibebit, cui adiunget, ſi commode fieri poterit, unum & alterum bonum atq; doctum uirũ, uel Senatorij ordinis, ut eos habeat ueluti teſtes ſuæ diligentiæ, induſtriæ, ac fidei. Deinde quanq; medicinam, ſic rite præparatam, debito ac pręſcripto tempore, fermentari ſinat, anteq; eam in uſum publicũ expendat.

Nec minor in eo fides requiritur, in reijciendis ſimplicibus atq; compoſitis, quàm in ijſdem reponendis & componendis. debet eñ ſingulis menſibus, aut ſæpius etiam, omnia luſtrare, & diligenter conſiderare, ut corrupta, putria, muccoſa, exoleta, & quouis modo inutilia, uel inefficacia reddita, reijciat, bona fide, nec in ijs quærat ſuum lucrum, quibus ægroto crearetur uitæ periculum, ſed ſit, ut diximus, animo liberali, & magno, cogitetq;, paruum illud damnum, fide ſua iam perſpecta, maioris ſibi lucri cauſam fore.

Hæc omnia cum indefeſſam diligentiam & animum ſibi ſemper præſentem requirant, hoc quoq; obſeruare conuenit, ne ſit aleæ, aut ſimilibus ludis deditus, ne compotationibus gaudeat, aut alioqui uinoſus uel ebrioſus ſit, neq; fœdis amoribus implicatus teneatur. Alea enim negligentiam parit, ebrietas errores, obliuionem, & ſtuporem inducit, turpis uero amor, etiam ueneficia illi extorquere poſſet. Quare omnino ſi fieri poteſt, maritus ſit, cui cum uxore recte cõueniat, liberoſq; habeat, quos honeſte educare ſtudeat, huiuſmodi enim pignoribus obſtrictus, uagas libidines deteſtabitur, neq; illis fomenta ſciens ſubminiſtrabit, & poſteritati ſuæ conſulens, bonam conſcientiam ſeruare adnitetur, nec metu, nec gratia, nec prece, nec præcio, ad ullum ueneficium impelletur.

Quod ſi acceſſerit, uera pietas, hoc eſt timor Dei, & fides in Chriſtum, caritas erga proximum, & ſpes futuræ uitæ, omnia erunt tutiora, illuſtriora, & feliciora, tum enim cogitabit, Si quid per negligentiam in uitam, aut ualetudinem proximi

pecca-

peccauero, iudicium Dei non effugiam, quanto minus effugiam, ſi ſciens ac prudens uenenum dedero, aborſum procurauero, aut aliquod aliud ingens atq; inſigne flagitium deſignauero? Etſi humanitas eorum, qui infirmos & ægrotos tantũ uiſitare ſolent, Chriſto adeo grata eſt, ut illud beneficium, in ſe ipſum collatũ eſſe affirmet, Quanto gratior erit illi mea cura, & ſollicitudo? dum ſtudeo illis medicinas recte componere, tempeſtiue exhibere, & nõ propter lucrum tantum, uerum etiam humanitatis reſpectu operam dare, ut melius habeant & conualeſcant?

Hæc & ſimilia, ſi cogitabit, ultro, ac ſua ſponte, erit humanus, placidus, affabilis, benignus, alacris, in primis autem mitis erga pauperes, & commodus erga imperitos. non enim in eorum ineptias, ſed in neceſsitatem ægroti reſpiciet, ac Deum omnium inſpectorem ac iudicem præ oculis habebit, qui recte agenti longe maiora & beatiora præmia largietur, quàm ab ullo mortalium perſolui poſsint.

FINIS.

Norimbergæ, apud Ioh. Petreium
imprimebatur.



OCN 901229054